

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80391-7*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

BOESCH, GEORG

TITLE:

DE APOLLONII RHODII
ELOCVTIONE

PLACE:

[GOTTINGEN]

DATE:

[1908]

Master Negative #

91-80391-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ap7

DZ

v.1

Boesch, Georg, 1885-

De Apollonii Rhodii elocutione. Dissertatio...
quam...scripsit Georgivs Boesch... [Göttingen,
Dieterich, 1908].

75 p. 22 cm.

Thesis, Berlin, 1908.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 12-30-91

INITIALS m.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Apollonius Rhodius (Litteris)

8824-7

DE

no. 3

APOLLONII RHODII ELOCVTIONE.

DISSERTATIO INAUGVRALIS

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE

FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

GEORGIVS BOESCH

ILFELDENSIS.

PROMOTIO SOLLEMNIS HABEBITVR:
DIE XXIII. MENSIS SEPTEMBRIS 1908.

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem
rettulerunt
Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff et Guilelmus
Schulze.

Göttingen 1908.

Druck der Dieterich'schen Univ.-Buchdruckerei
(W. Fr. Kaestner).

MATRI PATRISQUE M.
PIETATIS ERGO.

PROOEMIUM.
QUOS POETAS APOLLONIUS IMITATUS SIT.

De epici alicuius Graeci elocutione disserenti hoc primum demonstrandum esse, quorum poetarum vestigia ille presserit, nemo negaverit. Quamquam enim omnes ab Hesiodi usque ad Nonni tempora epici vi et auctoritate Homericæ elocutionis adeo tenebantur, ut poesis epica Homeri sermone soluta omnino non exstaret, tamen alios quoque alii imitati sunt et sicut res studium aetas postulabant, modo hunc modo illum, quem sequerentur, praetulerunt, ut Hesiodum Aratus, Antimachum Nicander, Apollonium Dionysius et Argonauticorum, quæ Orphica vocantur, auctor. Hoc enim proprium poeseos epicae Graecorum, ut quasi fluvius continuus nobis videatur, qui cum ex uberrimo fonte profluxisset, nunquam exhaustus omnibus augebatur rivis qui ipsi ex eo erant derivati.

Fontibus igitur detectis Apollonium Rhodium fere omnium quorum nobis ἔπη tradita sunt, imitatore se praebere videmus. Qui cum longe maxime Homerum imitatus sit, ita ut eum Homericum videri studuisse manifestum sit¹⁾, tamen ex multis aliis verba sibi arcessivit, cuius rei viri docti haud pauca exempla attulerunt,

1) inspicias velim ea, quæ Merkelius in proll. p. XXXVI ss. conguessit.

ut Rzachius Hesiodica, Maassius Aratea¹⁾ permulta, alii nonnulla ex aliis poetis: III, 1 ἀνήγαγε κῶας *Ιήσων Μηδείης ὑπ' ἔρωτι* sumpta esse ex Mimnermo, fr. 11 B⁴ vidit Kaibelius²⁾; de verbis cum Philita congruentibus egit Knaackius³⁾, cum Phanocle Leutschius⁴⁾. Quam multa autem cum aequalium carminibus congruant, cognosci potest ex eis, quae Gerckius in Mus. Rh. XLIV p. 137 ss. conguessit, ex quibus cum non semper perspiciatur neque ullo modo semper certo perspici posse videatur, ususne sit Apollonius Theocriti et Callimachi verbis an illi eum secuti sint, tamen plerumque Apollonium illorum minorem natu maiorum vestigia pressisse probabile est, cui rei obstant Callimachea, quod equidem videam, exempla nulla⁵⁾, certa tamen Theocritea. Ex magno autem numero eorum, quae Gerckius contulit, multa sunt tollenda: et ea, quae ex communi fonte Homérico orta nihil comprobare possunt, et ea, quae recentiores ex Apollonio sumpserunt, ut ille qui *Θαριστὺν* composuit. Qua ratione si perscrutamur singula quae affert Gerckius verba Theocrito Apollonioque communia, pleraque habent exempla Homerica, restant *ινδάλλοντο* Ap. I, 1297; Theocr. *Διοσκ.*, 39; *βριθόμενος* III, 1398, Theocr. *Αίτης*, 33; *μοχθίζοντες* IV, 192; Theocr. *Θαλ.*, 48; quae verba Homero quoque usitata alium modo versus locum tenent eaque de causa levioris sunt momenti.

1) addantur liceat haec: Ar. 614 *ἐπιγονίδος ἄχρως* = Ap. III, 875; *ἐπιρρήδην* Ar. 191, 261; Ap. II, 640, 847; Ar. 1152 *χαροποῖο σελήνης* ~ Ap. I, 1280 *χαροπή-ἡώς*.

2) Herm. 22, 510.

3) Herm. 23, 136.

4) Phil. 12, 66.

5) at comprobare videntur, quae affert Knaackius, P.-W. p. 136 (II, 1).

ὑποφύτης autem, Ap. I, 1311, Theocr. *Αίτης* 116, iam apud Aratum in fine versus legitur; tamen hic Theocritum Apollonio usum esse e sententiarum argumento concluditur. Simili deinde ratione e versibus allatis multi segregari possunt. Quae quamquam omnia congerere editionis Apollonianae est, cui recentiorum quoque imitationes addendae sint, tamen nonnulla addere huic capiti institui, quibus, quot ex poetis Apollonii elocutio penderet, perspiceretur.

Iliadis parvae fr. 6 K. traduntur haec verba: *Ἀμπελον ἦν Κρονίδης ἔπορεν οἱ παιδὸς ἔποινα χρυσείην, φύλλοισιν ἀγανοῖσιν¹⁾ κομόωσαν κ.τ.λ.*; quibus cum verbis conferendus Argonauticorum versus III, 928 *αἰγίρος φύλλοισιν ἀπειρεσίοις κομόωσα*; Homerus enim hanc verbi *κομᾶν* abusionem nondum admisit²⁾; cf. © 42, N 24: *ἐθείρησιν κομόωντε*.

Hymnos quoque Homericos Apollonius dignos ex quibus hauriret, existimavit; quod paucis exemplis allatis satis comprobatur.

h. Hom. XXXII, 18 *σέο δ' ἀρχόμενος κλέα φωτῶν ἔσομαι ἡμιθέων* et

Ap. I, 1 *Ἀρχόμενος σέο Φοῖβε, παλαιγενέων κλέα φωτῶν μνήσομαι* inter se cohaerent³⁾;

item h. Ven. 293 *δέματι παλλόμεναι* ~ IV, 752; *ἀρθμός* h. Merc. 524; Ap. II, 755;

1) quid pro corrupto *ἀγανοῖσιν* scribendum sit, dubium.

2) crediderim igitur ex eodem fonte manasse metaphoram, qua usus est hymni in Cer. auctor 453/454.

3) *κλέα φωτῶν* pro Homerica formula *κλέα ἀνδρῶν* I 189, 524; © 73, in qua *κλέα* ex *κλέα* correptum est, ab Ap. quasi ignorantia Homerici dicendi generis desumptum esse Wackernagelius in schol. h. 1904/05 habitis demonstravit; auctorem autem depravationis hymni illius poetam fuisse, e versu allato elucet.

βρίμη h. XXVIII, 10; IV, 1677 eodem versus loco;
 ἐγκλιδόν h. XXIII, 3; I, 790; III, 1008;
 πολυπότνια h. Cer. 210; Ap. I, 1123 al.

Empedoclis quoque philosophi vestigia Apollonius pressit. Emped. fr. 138 D *χαλκῷ ἀπὸ ψυχὴν ἀρύσας* (quae verba Kinckelius p. 72 inter incertae sedis fragmenta affert; sed cf. Emped. fr. 143). Apollonius enim cum III, 1015 Medeam libentem Iasoni si postulavisset, animum donaturam fuisse dicit:

*καὶ νύ κέ οἱ καὶ πᾶσαν ἀπὸ στηθέων ἀρύσασα
 ψυχὴν ἐργυάλιξεν,*

illius verba quin exprimat haud dubium videtur. Aliis quoque testimoniis Apollonium Empedoclis *ἐπη* legisse et usurpasse comprobatur: Emp. fr. 136 D *ἀκηδείησι νόοιο* = Ap. Rh. III, 298; fr. 35 ~ IV, 676 ss; eodem versus loco ponuntur vocabula *μετάρσιον* (fr. 35, 9; III, 1263); *σεληναίη* (fr. 43, 1; IV, 264); *βάξις* (fr. 112, 11 *εὐηκία* *βάξιν*; IV, 1184 *νημερτέα* *βάξιν*), quae omnia non sunt HomERICA (cf. p. 35 et 47).

Ex Eumelo deinde illum sumpsisse non solum verba sed etiam versus nonnullos animadvertit schol. III, 1373: *οὗτος καὶ οἱ ἐξῆς στίχοι εἰλημένοι εἰσὶ παρ' Εὐμήλου, παρ' ᾧ φησι Μήδεια πρὸς Ἰδοίονα* (Par. *Ἰάσωνα*); quanta autem his verbis habenda fides sit, diiudicari non potest, praesertim cum e reliquis Eumeli fragmentis rarissimis unum tantum locum Apollonio similem videamus: Eum. fr. 28 K *ὁ δ' ὥχετο Κολχίδα γαῖαν* et Ap. I, 174 *μέγα δ' ἔτετο Κολχίδα γαῖαν*. Neque magis probabile est Ap. cum II, 606 *εὖτ' ἄν τις ἰδὼν διὰ νηὶ περήσῃ* scriberet, meminisse Panyassis verborum fr. 15 *θοοῖς διὰ ποσσὶ περήσας* (cf. I, 9). Maiore autem probabilitate hoc contendimus Antimachi quoque vestigia Apollonium secutum

esse. De Antimachi autem arte, quamquam vel a Platone probata, nos quidem cum pauca cognoscere possimus, hoc proprium Antimachi esse videmus, quod creberrime versus spondiacos ponit, ita ut e. gr. ex quinque versibus fr. 19/20 quattuor sint *σπονδειαῖζοντες*; quot autem Ap. eiusmodi versus adhibuerit constat. Ex Antimacho deinde singularem illum particuli *τόφρα* usum relativum sumpsisse videntur recentiores poetae, cuius exempla apud Apollonium exstant duo; III, 808 *ἔτετο δ' ἥ γε φάρμακα λέξασθαι θυμοφθόρα, τόφρα πάσαιτο*; IV, 1487 *ὅ σ' ἔων μῆλων πέρι, τόφρ' ἐταροῖσιν δεινομένοις κομίσαιας*, — *κατέπεφνε* (cf. A. P. IX, 242, 7 *τόφρ' ὁ γεραίος πλώσῃ*). Eodem enim versus loco Antimachus fr. 3 pro *ὄφρα* posuit *τόφρα*:

*ἄντρον ἐνὶ σκυῖεν*¹⁾ *τενμήσατο, τόφρα κεν εἴη.*

Ant. fr. 35 et Ap. I, 1235, III, 238, 1160 initio versus vox *λέχρις* legitur, quae cum nusquam nisi his locis exstet, ex Antimachi glossarum copia ad Apollonium venisse videtur, haud aliter ac vox *ἐδεθλον*, quae et Ap. IV, 331 et Antim. fr. 28 versum concludit; ex Antimacho Lycophro quoque hanc vocem sumpsisse videtur, qui alia quoque nonnulla illi debet²⁾.

Veterum lyricorum vestigia nulla fere³⁾, quod nos quidem, quibus tam pauci illorum versus traditi sint

1) *σκυῖεν* quam postulamus sententiam praebet; *ἐνὶ* cum *τενμήσατο* coniungendum.

2) id quod ex Scheerii indice facile cognoscitur.

3) duo hic exempla adscripsit G. Schulze, quorum unum (Sappho 54 Bergk⁴ ~ I, 538) manifestam demonstrat imitationem, alterum (Alcm. 7 *ἀ λήγεια Σειρήν*, IV, 892 *λήγεια Σειρήνες*), quamquam alias Sirenes hoc epitheton non habent, levioris est momenti, quia haud scio an casu effecta sit similitudo; (apud Lycophronem 726 *Λήγεια* una ex Sirenibus appellatur).

cognoscamus, in Apollonii versibus inveniuntur; nonnulla iambographorum, quippe quorum sermo prope ad epicum accedat: Archilochi verba fr. 78 πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ Apollonii imitatione effingunt I, 473 πῖνε χαλίκρητον λαρόν μέθυ; atque ad II, 127 πολλ' ἐπιπαμφαλόωντες schol. Par. animadvertit κέχρηται τῇ λέξει καὶ Ἰππῶναξ καὶ Ἀνακρέων.

Ceterum talia invenire, quae ex lyricorum vel tragicorum verbis sumpta esse pro certo comprobare potest, difficile est, quia etsi permulta similia reperiuntur, tamen aut poetarum sermonis communia¹⁾ fuisse statuendum est, aut una ex origine orta esse quin credamus facere non possumus. Rem enim ita se habere in voce περίδρομος pro certo sumam, quae eadem significatione passiva — habet enim alias; cf. E 726, 728; B 812; Theogn. 581 — induta exstat Eur. fr. 1083 N κόλλη γὰρ ὄρεσι περίδρομος τραχεῖά τε (sc. γαῖα) et Ap. III, 1085 περίδρομος οὐρεσι γαῖα.

Quibus exemplis congestis quot poetas Apollonius imitatus sit, hoc est, quot ad poetas studia illius pertinerint, cognosci potest. Tamen etiamsi plura quam nos legimus fragmenta poeseos Graecae tradita essent, numquam hac via illud efficeremus, id quod est efficiendum de elocutione poetae alicuius epici disserenti, ut demonstraremus, quomodo ipse poeta epicam illam hereditate acceptam elocutionem commutaverit, novaverit, ditaverit. Quicumque enim operam dat ut vetusta et aliena a cotidiano sermone elocutione in carminibus scribendis utatur, facere non potest, quin traditam

1) e. gr. vox καλλίνεος Eur. Alc. 589, Med. 835; Ap. I, 1228; minime enim imitationis speciem prae se fert. Qua de re plura infra p. 48 s.

illam elocutionem suae ipsius linguae auctoritate commotus transformet et analogiae quam dicimus vi adductus sive formis sive verbis novatis locupletet, quia semper et novae res novas postulant voces et mens humana novas profert notiones. Itaque si unumquemque poetam perscrutantes hoc quaesiverimus, quibus in rebus, deinde qua de causa recedat ab Homero, quantopere pendeant epici quoque Graeci ex suorum temporum condicionibus videbimus, quamvis magna fuerit vis Homericus sermonis, „die Macht der konventionellen epischen Sprache, die aller Zeit zu spotten scheint“¹⁾.

Cum autem eisdem fere viribus hanc epicae elocutionis commutationem effectam esse cognoscamus, quas valentes videmus etiam in universae Graecorum linguae evolutione, ut nostrae aetatis vocabulum adhibeam, vicissim ex hac in unius poetae sermonem quaestione haud scio an lucri aliquid ad universam linguam cognoscendam apportetur.

Sane hoc ne obliviscamur cavendum: quantum Apollonii elocutio ab HomERICA differat²⁾, cum facile cognosci potest, tum levioris scire nobis momenti est, nisi causas recedendi perspicere conabimur. Illud autem ut demonstrarent operam dederunt viri docti nonnulli; ut hoc, quod equidem videam, adhuc nemo.

Quaecumque igitur ad usum verborum, h. e. ῥημάτων Apollonii pertinent, tractare aggrediar³⁾.

1) v. Wilamowitz, Kultur der Gegenw. VIII, 1, p. 217.

2) G. Hermann, Opusc. II, 36: „tantum abest, ut Ap. Rh. Homerum utique sectetur, ut eius oratio ab HomERICA mirum quantum discrepet; de qua re qui plura, quam quae obiter inspectis utriusque poetae carminibus occurrerint, afferre velit, satis magnum possit librum conscribere“.

3) Ex librorum, quibus omnino in hoc opusculo conficiendo usus

CAPUT I.

DE VERBORUM FORMIS ET VI AB HOMERI
USU RECEDENTIBUS.

§ 1. Cum apud Homerum non pauca legamus verba, quorum vel praesentis modo vel aoristi, certe non omnium temporum formae exstant, non mirum videatur, quod poetae qui Homericō sermone usi sunt, ceteras formas persaepe suppleverunt. Ac primum quidem aoristi formas verborum, quorum praesentia tantum habet Homerus, Apollonius finxit has:

ἀθερίξαι I, 123; II, 477; *ἀθερίσσαι* II, 489. Utramque huius epici verbi formam adhibuerunt Apollonius secuti Dion. Per. 997 et Manetho 2, 282.

ἐλέησαν IV, 1308; verbi *ἐλεαίρειν* aoristus nullo loco nisi hoc legitur, cum iam Homerus ceteras formas a verbo *ἐλεεῖν* semper usitato derivatas usurpaverit. Qua in re id, quod saepe fieri solet, videmus: imitatore excedere exemplum.

ἐρύθηνε I, 791; III, 682; IV, 474. Quae activi forma ad Hom. *ἐρυθαίνουμαι* referenda invenitur Orph. Arg. 228 Ab., cum medium alii quoque epici recentiores adhibuerint pro usitatis formis verborum *ἐρυθραίνουμαι*, *ἐρυθριάω*, *ἐρεύθομαι*. Cum autem Wilamowitzius verbum *ἐρεύθειν* a Bacchylide (XII, 152 *ἐρ)ενθε-αἶματι γαῖα*) et Hippocrate (de mul. morb. II, 302 *τὸ πρόσωπον*

sum, numero afferam: Stephani Thesaurum; M. Konstantinidis, *Μέγα Λεξικὸν τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης*, Athenis 1901—1907; Veitch, Greek verbs irregular and defective. Oxf. 1879.

ἐρεύθει) medii vi usurpatum esse adnotaverit, haud scio an I, 791 ἢ δ' *ἐγκλιδὸν ὕσσε βαλοῦσα* | *παρθενικὰς ἐρύθηνε παρηίδας* et III, 682 *ὥς φάτο· τῆς δ' ἐρύθηνε παρηία* intransitivum illum usum ad epicum verbum Apollonius transtulerit; at IV, 474 activam habet vim.

Futurum deinde formavit Ap. *ἀλαλήσουσιν* II, 235 ab aoristo epico *ἄλαλκε* progressus, ut inter se cohaerentes multas videbat formas, e. gr. *ἔσχον*, *σχήσω*; *ἤκαχον*, *ἀκαχήσω*.

Perfecti denique formam quam legimus II, 53 *θήκε πάροιθε ποδῶν δοιοῦς ἐκάτερθεν ἱμάντας* | *ὦμούς, ἀζαλέους, πέρι δ' οἱ γ' ἔσαν ἐσκληῶτες*, quamquam nullo loco nisi hoc exstat, tamen ab Apollonio non novatam sed e vetere quodam poeta sumptam esse crediderim, quae tantopere antiquitatis effigiem prae se ferat. Cuius formae similes sunt Homericæ *τεθνηώς*, *τεθνηῶτες* et Hesiodica *ἔστηώς* Th. 519, quam Ap. saepius imitatus est, II, 49, 193; III, 1384. Eiusdem autem verbi *σκέλλειν* perfecti usitato more derivati formam praebet Ap. II, 201 *πίνω τέ οἱ αὐσταλέος χροῶς ἐσκήκει*, qua cum conferendum est Choer. fr. 4 K *ἐσκληκότα κάπνω* (*ἵππων πρόσωπα*) et Hippocr. 6, 196 L. (*ἐνέσκληκα*).

Iam pervenimus ad eas formas, quas Ap. Homericum exemplum secutus mutavit, quia usitatus illarum usus ab epica elocutione abhorrere ei videbatur. Quas cum Rzachius¹⁾ accurate tractaverit, tamen nonnulla sunt addenda. Verborum *ἀτίζειν* et *νοσφίζειν* formas cum σ usitatas Ap. σσ instruxit: *ἀτίσσει* III, 181; I, 615; *νοσφίσσομαι* IV, 181, 1108. Eodem autem modo *ἀρόσσαι* III, 497, *ἀρόσσης* III, 1053 contra Hesiodi auctoritatem

1) A. Rzach: Grammatische Studien zu Ap. Rh. Wien 1878.

(op. 485) formavit, qua de re cf. Rzachium p. 142 disserentem, qui ceteras quoque ab Homero recedentes formas composuit, omisso *πίεσας* III, 1335.

Eiusdem ordinis sunt perfectum *ἡερόμενον* II, 171 (Hippocr. 8, 280 L. *ἡρται*; *ἄωρο* Γ 242) et littera *η* amplificatae formae v. *ἄέξω*, *ἄεξηθέντι* II, 511 et *ἄεξησεσθαι* III, 837, quae de v. *αὔξάνω* derivatae erant communes, de v. *ἄέξω* adhuc non usurpatae ab Apollonii temporibus epicae poeseos propriae erant; e. gr. Nic., Opp. Hal. V, 464; Nonn. D. XII, 24.

§ 2. *ἄεξησεσθαι* autem notione passiva usurpatum esse dignum, quod animadvertatur. Nullum enim in Argonauticis futurum in *-θήσεσθαι* cadens invenitur. Cognoverat igitur Ap. has formas ab Homero alienas esse, eaque de causa aspernatus est, haud aliter ac futuri optativum¹⁾. Ne quis miretur, quod tantula poeta grammaticus observaverit, conferat velim, quae Merkelius proll. p. CLVI de *αἰνυλίοισι λόγοισι* disseruit. Cui exemplo aliud addatur, quo quanta subtilitate imitator perscrutatus et persecutus sit Homerum, eluceat. Ab Homericis elocutione omnino aliena esse adiectiva in *-ικός* cadentia docuit Wackernagelius: inveniuntur in Homeri carminibus nonnulla nomina velut *Ἀχαιικός*, *Πελαγικός*, praeterea *ὄρφανικός* et *παρθενική*; neque haec sunt adiectiva²⁾. Itaque ne Apollonius quidem ullum usurpat adiectivum in *-ικός* desinens nisi nomina propria et *παρθενική* mox pro substantivo mox pro adiectivo,

1) Laur. quidem nullum exemplum praebet; itaque haud scio an non recte Wellauerus IV, 1660 *εἰέξοι* receperit. (II, 469 *μογήσοι* non nisi errore explicari potest.)

2) W. Schulze: Zur Gesch. d. lat. Eigennamen p. 418. Qui idem tertium huius modi imitationis exemplum mecum communicavit; cf. K. Z. XXXVIII, 287.

nisis exemplo, ut putabat, Homericis¹⁾, η 20 *παρθενική νεῆνις*, I, 791 et IV, 909 *παρθενικήν ἐνοπήν ἐβίησατο φόρουγξ*²⁾. Ceterum ne Aratus quidem talia adhibuit adiectiva³⁾, cum Callimachus, qui omnino maiore libertate in epico sermone formando usus sit, nonnulla admisit, perrara in hymnis: IV, 173 *βαρβαρικός*; VI, 63 *δεσποτικός*; *παρθενικαί* pro subst. IV, 298; V, 34; VI, 118. Qua re haud scio an bene confirmetur sententia, quam protulit optimo in libro de Singularis et pluralis usu scripto (Lipsiae 1907) Curtius Witte, qui postquam Apollonium Homeri usum pluralis poetici, qui dicitur, accuratissime secutum esse demonstravit, disserit haec: „Das Werk des Apoll. ist geschrieben auf Grund der umfassendsten Einzeluntersuchungen über Homer und seine Sprache; auf Grund von philologischen Untersuchungen, an die bis auf den heutigen Tag noch kein Moderner gedacht hat. Daß Ap. selbst alle diese Untersuchungen geführt haben sollte, bevor er an die Ausführung seines Werkes ging, darf wohl für ausgeschlossen gelten“. Quae sententia una ex parte adiectivorum illo usu certis argumentis affirmari potest.

Simili re observata editorum errorem, qui ex Brunckii temporibus in editionibus Apollonianis invenitur, sustuli. I, 103 legitur *Περὶ θῶ ἑσπόμενον κοινήν ὁδόν*. Nec Homerus neque ceteri Apollonio antiquiores neque ipse Ap. umquam vocabulum *κοινός* adhibuerunt; epicum *ξυνός*. Deinde *κοινήν ὁδόν ἔπεσθαι* plane absurdum est et, quod postulamus, habet Laurentianus,

1) qui locus quomodo intelligendus esset, docuit Schulzius; cf. Kühner II², 232; Delbrück Vgl. Syntax I, 420.

2) ubi causam, cur scripserit Merkelius *παρθενικήν*, non novi.

3) 528 *τροπικοί* est substantivum.

dum modo pro κεινὴν κείνην legimus: „illam“, famosam; schol: γράφεται καὶ κείνην¹⁾).

§ 3. At contra usum Homericum formis optativi in -ντο desinentibus usus est Ap.: ναντίλλοιντο I, 918; ἴκονται I, 823; θηήσονται I, 986; ἄγοιντο III, 13; IV, 102, 400; φράζονται III, 826, cum quattuor modo habeat in -ατο cadentes, Homericas βιάατο (A 467) IV, 1236; μνησαίατο (B 492) IV, 840, eodem versus loco atque Homerus; ἀραροίατο I, 369; ἀνεχόατο I, 1005, quae non nisi his locis inveniuntur.

Participium denique Homericum λελιμμένος (A 465, E 690, M 106) Ap. plusquamperfecti forma λελίητο III, 646; 1158; IV, 1007 auxit, quam ex eo imitator Orph. Argonauticorum auctor petivit, haud aliter atque auctor illius carminis, quod Theocr. id. XXV nominatur²⁾, 196.

Quae amplificatio cum sit singularis, tamen non vitiosa est, id quod statuendum est de optativi forma ἀκέοις I, 765:

1) Hic liceat addam, quomodo alios versus duo emendari posse credam.
IV, 996 ss.

οἱ δ' ἀγανῆσιν

Ἀλκίνοος λαοὶ τε θυηπολίησι κιώντας

δειδέχατ' ἀσπασίως

pro θυηπολίησιν κιώντας scribendum esse existimem collato versu I, 1179, ubi item de advenientium salutatione dicitur.

IV, 1437 si legimus ὅσσε δὲ οἱ βλοσυρῶ ὑπέλαμπε μετώπῳ | νηλεές duas assequimur res: primum ὅσσε ὑπέλαμπε βλοσυρῶ μετώπῳ sententiae vix satisfacere videtur; quaerimus enim, quo modo fulgeant oculi. Deinde νηλής, etiamsi pro interiectione accipimus, tamen habet aliquid offensionis, quia tam absolutum a cetera viri descriptione positum est. Quae νηλεές scribentes levare possumus. (cf. IV, 389 eodem versus loco μάλα γὰρ μέγαν ἦλιντες ὄρνον | νηλεές.)

2) Wilamowitzius Bucol. Graeci p. 165: „studia Homerica Apollonii similia“; cf. e. gr. 15 ἀμ μέγα τίφος = Ap. I, 127.

κείνους ἂν εἰσορόων ἀκέοις, ψεύδοιό τε θυμόν „illas intuens obmutescas“. Homericum enim ἀκέων participium esse existimans novam illam formam fingere non dubitavit, qua via ne ullus quidem poeta eum secutus est. Similem per errorem Homericum ἐκέλετο pro imperfecto habens praesens κέκλωμαι novavit I, 716, II, 693, III, 908, qua in re iterum quantam ille apud posteriores habuerit auctoritatem perspicui potest, qui eadem forma saepius usi sint, ut Opp. Hal. III, 311; Orph. Lith. 179 Ab. Idem, quia ἔμμορε (A, 278 et al.) aoristi formam existimabat, II, 4 et IV, 42 ἔμμορες posuit¹⁾.

Iure autem fieri credam, si contra has formas nonnullae ponuntur, quas congruentes cum Homericum usu usurpavit Apollonius, quamquam e. gr. a tragicis non recte adhibitae erant. Luculenter enim ex illius usu cognosci potest bene illum novisse λαχόν, (ἐ)κίον, ἐκλυνον aoristi munere apud Homerum fungi.

Nihil autem certi de forma ἀηθέσσω IV, 38 dici potest. Cum enim Ap. ἀήθεσσαν K 493 pro imperfecto habuisse videatur, mirum est cur ipse I, 1171 ἀήθεσον, non ἀήθεσσαν posuerit.

Quibus formis tractatis restant duo ordines: uno continentur eae, quas Ap. ex epica vel poetica elocutione, altero, quas ex usitato sermone recepit. Prioris sunt hae:

aoristi verborum: ἀλεγύνω Emped. fr. 137 D; I, 394 et al.

λαχαίνω III, 222; Lycophro 624.

μοιράομαι IV, 1533; Aesch. Sept. 889;

praesentia verborum: ὀχλίζω I, 402; τερσαίνω IV, 607; Lycophro 390; perfectum μεμαρπώς Hes. op. 204; verba

1) Rzach l. l. p. 123—130.

autem quae alteri ordini tribuuntur, cum enumerare omnia longum atque inutile sit — magnus enim illorum numerus —, duo tantum formae afferantur, quibus Ap. voces ceteroquin usitatas ditavit:

III, 168 ἤρωες . . . ἐν ποταμῷ καθ' ἕλος λελοχημένοι ἡγο-
ρόωντο,

(III, 617 μίμνον . . . λελοχημένοι); quod perfectum λελο-
χημένοι ab Apollonio novatum est ad exemplum Hom.
λοχήσασθαι „se in insidiis collocare“ (δ 388); nullum
enim praeter Homericos invenire potui locum nisi Anth.
Pal. VII, 717, 4, ubi huius vocis medium (λοχησάμενος),
nullum nisi Apollonianos, ubi perfectum exstet. Idem
dici potest de perf. βεβημένοι III, 1249, IV, 1392 quod
imitatus est Opp. Hal. I, 224.

§ 4. Altera deinde formarum quaestio de verbi gene-
ribus est, simplex si de passivo, difficilis si de activo
medioque agitur. Novavit enim ipse Ap. passiva pauca.
Hom. H 302 legimus

ἦδ' αὖτ' ἐν φιλότῃ διέτμαγεν ἄρθμήσαντε „amicitia
discesserunt coniuncti“. Talem enim significationem
inesse voci ἄρθμήσαντε manifestum est, collatis eiusdem
stirpis vocibus ἄρθμός (h. Merc. 524; Aesch. Prom. 191;
Ap. Rh. II, 755) et ἄρθμιος (π, 427; Hdt. VII, 101,
IX, 9). Ap. autem I, 1344 Telamonem et Iasonem ira-
cundia pacata rursus se coniunxisse dicit: ἦ ῥα, καὶ
ἄρθμηθέντες, ὅπη πάρος, ἐδριόωντο; adhibet igitur ἄρθ-
μηθέντες eadem fere notione atque Homerus ἄρθμήσαντε,
passiva verbi vi adductus aut quia haud scio an illo
loco Homericolegerit ἄρθμηθέντε.

IV, 156 ἦ δέ μιν ἄρκεύθοιο νέον τετιμηότι θάλλω
— — ῥαῖνε κατ' ὀφθαλμῶν, ubi τετιμηότι aliter ac „sec-
to“ interpretari nemo potest neque indicare, quo modo
Ap. hanc huic formae notionem tribuere potuerit, de

qua Buttmanus¹⁾ dicit: „ein alexandrinisches Wage-
stück ist bei Ap. Rh. τετιμηότι in passivischem Sinne“. Si tamen qua via ad hanc monstruosam formam Ap.
venerit, perscrutari conamur, conferendae sunt similes
Homeri formae²⁾, κεκαφηώς, τετιηώς, κεχαρηώς, βεβα-
ρηώς, τετληώς, πεπιηώς, κεκμηώς, quae omnes intransi-
tivam quam dicimus vim induunt. Ex quibus facile tres
formae pro passivis sumi possunt, τετιηώς, κεχαρηώς,
βεβαρηώς. Et iam apud Homerum τετιηώς a τετιη-
μένος loco motum esse videmus, cum illius formae nullum
exemplum in Odyssea, sex in Iliade (I 13, 30; 695; A
555 = P 664, Q 283), huius sex in Od., tria in Iliade
inveniantur, atque cum singularem formam κεχαρηότα
H 312 legamus, in hymnis recentissimis, Cer. 458 et
VII, 10 invenimus formas κεχάρηντο et κεχαρημένοι³⁾.
Quocum bene convenit, quod Ap. nullas nisi passivas
formas (κεχαρημένος I, 1104, τετιμηένος III, 491; IV,
1250; II, 864) adhibet. Qua in re eandem illam vim
cognoscimus, quae omnibus temporibus in linguis de-
prehenditur hoc efficiens, ut formas exaequet cum no-
tionibus⁴⁾. Tertium autem verbum, βαρεῖν, quin Ap.
transitiva significatione ex usitato illius aetatis sermone
bene noverit, dubitari vix potest, quod ab Hippocrate
VII, 578 L et postea crebro a multis scriptoribus ad-
hibitum est (Dio Cass. 46, 32; Luc. dial. m. 10, 4; κατα-

1) Gr. Spr. II, p. 298.

2) quas idem Buttmanus collegit, l. l. I, 416.

3) κεχαρήσεται ψ 266 aoristi, ut ita dicam, futurum huc non
pertinet, id quod ex O 98 κεχαρησέμεν cognosci posse adnotavit
G. Schulze.

4) qua de re Paul, Prinzipien der Sprachgeschichte, § 180 ss.

βαρεῖν e. gr. apud Heronem¹⁾ inveni, pass. Polyb. 11, 33, 3; 18, 4, 8). Pro sua igitur forma βεβαρημένος, quam invenimus apud Platonem Symp. 203 B βεβαρημένος εὔδεν, Theocr. Πτολ. 61 βεβαρημένα ὠδίνεσσι, Ap. Rh. I, 1256 β. ἄσθματι θυμόν, apud Homerum repperit βεβαρηώς (IV, 1526) γ 139 οἶνω βεβαρηότες (τ 122). Quid igitur obstat, quominus pro τετμημένος τετμηώς novaret?

Cetera ab Homero aliena non omnia tractabuntur; quae videntur commemoratione digna, afferentur. I, 624 ἀνδρηθείσαν pro eo est positum, quod est appellatam. Quam passivi formam Homerum habere non potuisse vel ex eo elucet, quod ei v. ἀνδρῶν loquendi tantum notionem habet. Sed iam a tragicis poetis, qui hanc vocem persaepe usurpant, passivum adhibetur, e. gr. Aesch. Sept. 678 τῷ κάκιστ' ἀνδρωμένῳ (Soph. Phil. 240; Trach. 1106). Denique hoc verbum ionicum fuisse exempla Herodotea et Hippocratea (VIII, 750 L) demonstrant. Item v. παλύνειν ionicæ dialecti fuisse videtur, cuius activum Homerus, pass. Ap. III, 69 usurpavit: νιφετῷ δ' ἐπαλύνετο πάντα, velut Theocr. Νομεῖς 28 χά σῦριγξ εὐρῶτι παλύνεται (Soph. Ant. 247; Hippocr. VIII, 174 L).

Ipsæ autem Ap. passivum verbi *τερσαίνειν*, quod proprium est epicæ elocutionis (Hom.; Lyc. 390; Nic. al. 551), formavit, IV, 607; Homerus aor. *τερσῆναι* hac notione habet.

Activi deinde medique formas et usum spectanti hoc quaerendum est, utrum Apollonius pro Homericō activo medium, pro medio activum collocaverit, an

1) Wilamowitz, Lesebuch p. 261, 24. Apollonio v. βαρεῖν transitivum fuisse comprobatur IV, 1569 βεβαρημένοι „uns damit belastend“.

utriusque generis usus sit alius. Huic ordini verba quae tribuuntur, quamquam aliena ab Homero, tamen minime ab usitato sermone discrepantia, sunt haec:

ιδρύεσθαι condere: I, 959, IV, 1691 ιδρύσαντο; Hom. ιδρύειν pro eo quod est collocare; ιδρύεσθαι, καθιδρύεσθαι a multis usitata.

ψύχεσθαι refrigerari: II, 819 κάπριος — —

ψυχόμενος λαρόνας τε καὶ ἄσπετον ἱλύι νηδύν.

IV, 1529 ψύχετ' ἀμυχανίη. Hom.: ψύχειν spirare.

Tria verba, quorum activum apud Homerum transitivum, medium (vel. pass.) apud Ap. intransitivum habet notionem, sunt ἐρεύθω (e. gr. III, 163), λευκαίνω (I, 545), κάρφω (IV, 1094).

χαλέπτομαι irascor: III, 109; χαλεψάμενος III, 382; I, 1341. Hom.: χαλέπτω opprimo; χαλεφθεῖς Theogn. 155; Call. VI, 48; Ap. Rh. III, 97.

Quibus verbis opponantur ea, quorum activum Ap. usurpavit, cum Hom. medium modo habeat.

ἀτυζόμενος apud Hom. est idem quod timore commotus, perterritus, eodemque sensu a Pindaro (P. I, 13) tragicisque poetis adhibetur; activum autem, I, 465 ἀτύζει, idem valet ac terret, ut Theocr. Θυρσ. 56. ἀτύξαι. Quam formam, ab utroque in fine versus collocatam, uter finxerit, cum dubitari possit, Apollonius certo novavit has: II, 667 οἷ δ' ἐνὶ γαίῃ χηλὰς σκηρίπτοντε (ungulas terrae obnisi) πανημέριοι πονέονται, Hom.: σκηρίπτεσθαι, ρ 196; λ 595. Nic. th. 721.

ἐρύθηνε, IV 474 Ap. pro eo quod est rubrum reddere posuit, Hom. ἐρυθαίνετο rubescebat; ac simili ratione Homericam formam intr. θέρομαι, calesco, transitiva auxit θέρον IV, 1312: θέρον ἀνγαὶ ἡελίου Λιβύην (Nic. th. 687), calefaciebant. Quibus in quattuor novatis formis unam eandemque cognoscimus rem: poeta qui sin-

gularibus obsoletisque vocibus notiones exprimit usitatas, usitatis adductus formis illas quoque voces novis instruit; nam *ἐκπλήττω*, *ἐρείδω*, *ἐρυθραίνω*, *θερμαίνω* eandem atque illa verba significationem habent. Ceterum haec transitiva activa ex intransitivis mediis novandi facultas praesertim posteriore Graecorum linguae aetate erat permagna¹⁾.

Plane autem aliter res se in voce *ἀνράζειν* habet, cuius medium Hom. pro eo quod est videre usurpat (*Ψ* 458 *ἵππους ἀνράζομαι*) sicut Ap. I, 155, II, 680, *κατανράζομαι* eadem vi IV, 1248 (A. P. IX, 58, 2; *ἐπ*-A. P. IX, 58, 8; XII, 91, 5), quam notionem apud tragicos, Lycophronem, Callimachum activum habet. At Ap. I, 1231 *πρὸς γὰρ οἱ διχόμενις ἀπ' αἰθέρος ἀνράζουσα βάλλε σεληναίη* (cf. II 421 *ἥελιός προσέβαλλεν ἀρούρας*) et III, 1378 *ἀστὴρ-ὄλκον ὑπαννράζων* videndi potestas locum cessit notioni splendendi. Quam crebro invenimus apud recentiores, qui *κοινήν*, quam dicimus, linguam scribunt²⁾: e. gr. Lev. XIII, 24, 25, 26; Sir. 43, 13; II Cor. 4, 4; *ὑπαννράζω* Luc.; Polyæn.; Philostr.

§ 5. Ultima denique huius de verbi generibus quaestionis parte de illis verbis, quae generibus quasi permutatis usurpavit Ap., agetur.

IV, 1482 *κιχῆσέμεν* inf. fut. activi legitur pro Homericō futuro *κιχῆσεσθαι* (aor.: *κιχῆσατο*), quae medii formae ab aliis quoque poetis usurpatae sunt multis; invenit tamen Ap. quoque imitatore, qui aoristum *ἐκίχησα* fingeret, Opp. Hal. V, 116. Quae forma ut gigneretur, *κιχάνω* et *ἐκίχον* alicuius momenti fuisse verisimile est, quia poeta et *κιχάνω*, *κιχάνομαι* et *ἐκίχον*,

1) cf. W. Schmid, Der Atticismus IV, p. 713 s.

2) Hodie quoque eadem notione indutum v. *ἀνράζω* a Graecis usitatum esse indicant lexica.

ἐκιχῆσάμην adhibitas esse videbat eademque ratione formae *κιχῆσομαι* addidit *κιχῆσω*.

Persaepe autem factum esse, ut cum tali modo unius verbi formae inter se concinnae redderentur, tum activa futura depellerent media, multis Hatzidakis exemplis allatis demonstravit¹⁾.

Arat. phaen. 372: *οἶά τε πολλὰ*

ἐξείης στιχῶντα παρόρχεται αὐτὰ κέλευθα, positum est *στιχῶντα* eadem vi praeditum atque Homericum *ἐστιχῶντο*, i. e. vi ingrediendi. Cuius versus initium Ap. I, 30 (*φηγολ*) *ἐξείης στιχῶσιν ἐπήτριμοι* imitatus notionem verbi ita mutavit, ut sit ordine stare, non iam ordine ire; quo cum usu cfs. Arat. 191 *ἀστέρες οἳ μιν (Κασσιόπειαν) πᾶσαν ἐπιρρήθην στιχῶσιν*, „stellen“. Illum autem Arati usum imitatus est Moschus *Εὐρ.* 142. *οὔτε τι ταῦροι ἐν πόντῳ στιχῶσι*. Quibus in formis novandis v. *στείχειν* aliquid valuisse facile tibi persuadeas. Ac simili ratione explicari posse videtur, quod Ap. pro Homeri v. *ἐδριόμαι* III, 170 (*ἐδριόωντες*, sedentes) *ἐδριάω* usurpavit, sicut Theocr. *Πτολ.* 19 *ἐδριάει*; auctoritas enim verborum *ἐφ*-, *παρ*-, *συνεδρεύω* hoc efficere poterat.

II, 332: *ἀλλ' εἴ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμὰ* activi usum verbi *καρτύνειν*, cuius medium Hom. adhibuerat (*ἐκαρτύναντο φάλαγγας*), facile intellegas, si verbum *καρτύνειν* respicias. Vocis *πεμπάζειν* activum, quod in Argon. II, 995, IV, 1742 exstat, cum ab aliis tum iam ab Aeschylō Eum. 748 *πεμπάζει ὁρθῶς ἐκβολὰς ψήφων* usurpatum est; id quod de *ἀμείβειν* quoque dicitur, quae vox iam apud Herodotum V, 72 activa exstat.

1) Einleitung in die neugr. Gram. p. 175; G. W. Schmidt, De Fl. Jos. elocutione p. 445 s.

Activi autem formae τεκταινόμεν III, 592, τεκτῆ-
 ναντες II, 381 sunt illarum, quae ante Apollonii tem-
 pora nusquam, postea crebrius inveniantur¹⁾ (Sext. adv.
 phys. 2, 282; Phal. ep. 13, 71; in carminibus A. P.
 VI, 80, 2 Agathias; Manetho VI, 496), ita ut Apollo-
 nius vetustissimum nobis praebeat testimonium illius
 usus, quem linguae κοινῆς proprium fuisse videmus.
 Qua aetate saepe factum esse constat, ut activum pro
 medio se insinaret; Hatzidakis²⁾ l. l. p. 197: „Eine
 unmittelbare Folge der Konfusion von aktiven und
 medialen Formen ist wohl auch das Erscheinen des
 Aktivums da, wo man früher die Medialform entweder
 allein oder vorzugsweise gebrauchte“. Eiusmodi autem
 progressus quamquam apud Apollonium nihil nisi pri-
 mordia nos invenire verisimile est, tamen haec pauca
 cum posterioribus testimoniis coniungamus licet atque
 oportet. Quibus rebus recte coniunctis hoc effecimus,
 ut maximi nobis sint momenti poetae testimonia, ubi
 pedestris orationis scriptorum paene desunt. Sic usus
 intransitivus vocis κλίνειν I, 452 κλίνοντος ὑπὸ ζόφου
 ἡελίοιο optime congruit cum Polybio (I, 63, 5; III, 93, 7
 ἅμα τῷ κλίνειν τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτός) et scriptoribus
 novi Testamenti (Luc. 9, 12; 24, 29)³⁾; at Herodotus IV,

1) v. τεκταίνουμαι passivi quoque munere saepe functum est, e.
 gr. Ar. Lys. 674; Eq. 462, quae res haud scio an pro sua parte
 effecerit, ut activum formaretur.

2) cf. Blass Gram. des neut. Gr. p. 187.

3) Hatzidakis l. l. p. 200: „ganz so auch heute: κλίν' ἡμέρα“,
 qui hac de re disseruit haec: „Dieser Verwitterung der verschiedenen-
 Activ- und Medialformen ist es wohl auch zuzuschreiben, daß man
 seit der nachkl. Zeit die Aktivform der meisten Verba zugleich
 transitiv oder causativ oder intransitiv verwenden kann“. „Schon in
 der klass. Zeit finden sich solche Beispiele“. Ex Apollonio huc re-
 ferenda sunt λείπειν et τείνειν.

181 dixerat: ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρας, cum Aristo-
 teles et Xenopho illa via recentioribus praeissent.

Media deinde pro activis posita si perscrutamur § 6.
 hoc dignum esse quod animadvertatur videtur, quod
 Ap. quamquam Graecorum linguae in mediis adhibendis
 summa erat licentia, tamen omnino non multis ab Ho-
 mero alienis verbis mediis usus est. Ex quibus usitati
 sermonis erant media verborum αἰτέω (II, 486, 951),
 τείνω (crebro), φαρμάσσω (III, 859), μετρέω (I, 724): κα-
 νόνεσσι δάε ζυγὰ μετρέσασθαι; unde recentiores poetae
 medium receperunt pro eo quoque quod Homero Apol-
 lonioque est πέλαγος, ἄλα μετρέιν: Mosch. Εὐρ. 157
 (quo in carmine saepe Apollonium imitatus est) τόσην ἄλα
 μετρέσασθαι; Dion. Per. 716 πολλήν ἄλα μετρέσασθαι.
 Videas, quam bene talibus formis versus claudantur, neque
 dubium est, quin ea de causa poetis magnopere acceptae
 nonnumquam activis praelatae sint nulla sententiae
 ratione facta. Cur enim Apollonius I, 83 Αἰβύη ἐνι
 ταρχύσαντο et IV, 1500 γαλή δ' ἐνι ταρχύσαντο medio
 vocis ταρχύειν usus est nisi ob illam causam? (Nonn.
 D. XXXVII 96; cfs. Qu. Sm. XI, 65 τρῶϊναν ἐπ' ἰχθύσι
 νομήσασθαι) — haud aliter ac si Latini poetae metri
 causa perfecti infinitivum pro praesentis usurpant. Ce-
 terum hoc quoque demonstrat facultatem diiudicandi,
 quid valeant verbi genera, iam illa aetate evanuisse.
 Epicarum autem vocum κτεατρίσσω et σκοπιάζω formae
 II, 788 κτεατρίσσατο (Theocr. Πτολ. 105 eodem loco κτεα-
 τρίζεται), II, 918 σκοπιάζετο νῆα (Theocr. Κῶμος 26), quas
 recentiores quoque adhibuerunt, analogia verborum
 κτάομαι et σκέπτομαι vel σκοποῦμαι exortae sunt. Ve-
 ram denique medii vim III, 1032 ὀρύξασθαι habet, cum
 I, 375 στορέσαντο explicari non possit; Theocr. Ὑλ. 33
 στορέσαντο „sibi straverunt“.

Singulares autem Apolloniique propriae sunt medii formae hae:

I, 369 ἴν' εὖ ἀραγοῖατο γόμφοις (δούρατα), ubi ἀραγοῖατο positum est eadem notione atque Homericum ἥραρον, quae forma cum plerumque transitivum, tum δ 777, II, 214 intransitivum habet sensum, quae res Apollonium fugisse videtur. Cuius verbi forma ἡρήρειν IV, 947 tertia persona pluralis est, ut II, 65 ἥδειν, IV, 1700 ἡείδειν. Qua autem via Ap. ad has formas novandas progressus sit, nescio; quales nullo inscriptionum vel papyrorum testimonio nobis traditae sunt, neque ulla in Homeri carminibus analogiam habent. Nisi hoc credideris Apollonium velut imperfecti primam singularis et tertiam pluralis pares esse viderit, sic verbi οἶδα imperfecti tertiam pluralis primae singularis ἥδειν parem reddidisse. Similem rem in dialecto Delphica factam esse docuit Valaori¹⁾, ubi tertia pluralis optativi saepe in -οιν desinit. Ut igitur οἷς οἱ οἶμεν οἶτε -οιν sic εἷς εἰ εἶμεν εἶτε -εἷν inter se cohaerent.

§ 7. Singulas ab Homericis recedentes formas si perscrutamur, quas omnino Rzachius iam tractavit, exemplis quasi delectis cognosci potest, quae inter Homeri eorumque, qui eum sectantur, elocutionem ratio intercedat. Ac primum quidem epicae elocutionis auctoritate adstrictus formavit Apollonius, Homerum imitando Homerum excedens, ἐλειπτο I, 45, 824, IV, 1244 (ἐδεκτο Hom.) et recepit ex recentioribus poetis: ἔγεντο I, 1141; IV, 1427 (Hes. th. 199, 705); ἐστηώς crebro (Hes. th. 519); δεδαῖσθαι II, 1154 (h. Merc. 483 δεδαήμενος); ξείονσαν I, 734 (Call. III, 60 ξείοντα); μεμορμένον IV, 1131 (Lyc. 430; postea forma erat vulgaris); deinde coti-

1) Der Delphische Dialekt, 1901; p. 64.

diani sermonis usum secutus pro Homericis vocibus τάμνω, χρεῖω, οἶγνυμι, εὐνησε adhibuit τέμνω, χράω II, 454, οἶγω, εὐνασε I, 1155 al., et pro νοήσατο ionicam formam νόσατο IV, 1409 usurpavit; formam autem ἀνέυρατο IV, 1133 quin Ap. non scripserit, haud dubium videtur, quia forma postea adeo pervulgata¹⁾ facile ἀνέυρετο loco movere poterat. Mutandae quoque sunt formae ἥεσαν III, 442 in ἥισαν; IV, 618 μετ' ἀνδράσι κεκληίσται in μετ' ἀνδράσιν ἐκλήσται (cf. IV, 990)²⁾. At forma ἐξεργείσα IV, 1686 vetustissimum nobis testimonium illius rei praebere videtur³⁾, quam postea crebro⁴⁾ factam esse scimus: augmentum aoristi ex indicativo ceteros in modos se insinuavit. Quo ex usu etiam praesens κατεάσσω postea prodiit. Inveniuntur quoque in Hippocratis scriptis eius modi formae, e. gr. μοχλ. 3 (II, p. 248, 6 Kuehl.) κατεαγὲν omnibus in codicibus legitur; π. ἀρθρ. ἐμβ. 14 (II, p. 134, 12 Kuehl.) κατεαργείσα praebent MV, κατεηργήσα B Γ. Quibus quamquam genuinas formas loco motas esse facile credideris, tamen Apolloniana illa minime temptanda videtur, quippe quam metrum tueatur. Nam si quis ἐξαργείσα legere velit, nullum habet huius ᾱ testimonium, quia neque ἐάργην neque κατάργην Ar. Ach. 944 huc pertinent.

1) Meisterhans-Schwyzler p. 184; Mayser, Gramm. d. gr. Pap. p. 368 ss.

2) id quod Rzachius quoque vult.

3) Duquesnoy, qui de his verbi ἔγνυμι formis egit, (L' augment aux aoristes du verbe ἔγνυμι, Paris 1891) Apollonium vetustissimum talis formae testem habet, id quod ex Id. F. Anz. II, p. 106 cognovi.

4) Mayser l. l. 345 ss; Dieterich Unters. p. 212; Hatzidakis l. l. p. 63 s; G. Meyer § 483; Blass Gr. p. 54; cf. § 15, 1.

Usitato denique more formas Homericorum verborum ἐριδαίνω I, 89; II, 60, 986 ἐρίδηνε (υ—υ) (Hom.: ἐριδήσασθαι υ—υ—), fut. δαμάσσει III, 353, IV, 1654 (Hom.: δαμάξ) imitator novavit. Varie ab Homericis exemplo recedunt formae epicorum verborum ἔδαε I, 724, III, 529 (Hom.: δέδαε) „docebat“; δασόμεσθα III, 909 (Hom.: δαίσομαι; Ap. IV, 234) „cognoscemus“; δειδυῖαν III, 753 (Hom.: e. gr. δειδιότης); μεμόρηται I, 646, 973 (Hom.: ἔμμορε; εἴμαρτο), quam formam imitati sunt Nicander al. 229, 213; Leonidas A. P. VII, 466, 7.

§ 8. Hoc loco aliam rem afferam liceat, quae haud indigna quae tractetur videtur esse, usum dico optativi, qualis in enuntiatis secundariis exstat. Quamquam enim in universum modorum usus bene colorem Homericum retinet, tamen haud pauci loci inveniuntur, ubi optativus in eis quoque enuntiatis e. gr. finalibus, quae e praesentis aut futuri formis pendent, positus est.

α) I, 657 ss: μενοεικέα δῶρα πόρωμεν, — ἵν' ἔμπεδον ἔκτοθι πύργων μύνοινεν.

β) I, 797 κακότητα δὲ πᾶσαν ἐξερέω, — ἵν' εὖ γνῶνιτε καὶ αὐτοί.

γ) I, 1003 ss: ὥς δ' ὅτε δούρατα — ὑλοτόμοι στοιχηδὸν ἐπὶ ῥηγμῖνι βάλῳσιν, ὅφρα νοτισθέντα κρατεροὺς ἀνεχοῖατο γόμφους.

δ) III, 291 ss: ὥς δὲ γυνὴ μαλερῶ περὶ κάρφεα χεύατο δαλῶ,

— ὥς κεν ὑπαρόφιον νύκτωρ σέλας ἐντύναιτο.

ε) IV, 363 ss: κατὰ πόντον — φορεῦμαι | σῶν ἔνεκεν καμάτων, ἵνα μοι σόος ἀμφὶ τε βουσὶν | ἀμφὶ τε γηγενέεσσιν ἀναπλήσειας ἀέθλους.

ς) IV, 399 s: Ἀψύρτω μεμάασιν ἀμυνέμεν, ὅφρα σε πατρὶ — ὑπότροπον οἴκαδ' ἄγοιντο.

η) IV, 534 ss: ὅδε κεύθεται αἶη — πολλὸν ἐνερθεὺν οὐδέος, ὥς κεν ἄφαντος αἰεὶ μερόπεσσι πέλοιτο.

θ) IV, 766 s: καὶ δὲ τῷ εἰπέμεναι τὸν ἐμὸν νόον, ὥς κεν ἀήτας

πάντας ἀπολλήξειεν (— μῆδ' ἐτρηχύνου).

ι) IV, 838 ss: ἀλλ' ὦρ' ὀλιγὴν τε καὶ ἄσπετον οἶμον ὀδεύειν, —

ὥς κεν ὑπηῶοι μνησαίατο νόστον ἐλέσθαι.

Ex quibus quattuor (δ, η, θ, ι), ubi ὥς κεν positum est, enuntiata ad exemplum Homericum¹⁾ formata videntur esse. IV, 363 autem optativus quin adhiberetur fieri non poterat, quia ea quae inest sententia: „damit du unversehrt die Proben mit den Rindern und den Erdgeborenen bestehen konntest“ alia ratione non exprimi poterat, ita ut optativus quam semper habuerat²⁾ praeteriti notionem hic servaret. At quattuor qui restant loci (α, β, γ, ς) neque Homerica habent exempla neque aliter optativus explicari potest. Itaque hoc nobis statuendum est iam in Argonauticis illum optativi interitum, quem apud Polybium incipientem, apud N. T. scriptores paene perfectum³⁾ videmus, praeparari atque ex eo cognosci, quod in illa quoque enuntiata, in quibus, si singula omittimus⁴⁾, ad illam aetatem locum non habuisset, irreperet. Quod ut fieret quamquam forsitan pro sua parte effecerit conscientia quaedam generalis vetustius aliquid vetustisque scriptoribus

1) cf. Weber, Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze, p. 44 s.

2) e. gr. T. 90 ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι;

3) cf. Blass Gr. p. 224, 225; et dissertationem, quam de optativi usu, qualis in Polybio et Philone exstaret, C. Reikius scripsit, Lips. 1907.

4) quae invenias apud G. W. Schmidt: De Fl. Jos. elocutione p. 406, et Stahl, Syntax des gr. Verbums p. 482: „man wird diesen Gebrauch für Xen. zugeben“.

saepius usitatum optativum esse, tamen porro alia est haec res atque si Philo optativó crebrius aequalibus et perverse usus illam formam mortuam esse luculenter demonstrat.

Quibus enuntiatis mere finalibus alia nonnulla addenda sunt, ex quibus idem perspicitur. Sensus igitur finalis enuntiatis inest hisce: I, 338: *ἔλεσθε ὄρχαμον ὑμείων, ᾧ κεν τὰ ἑκαστα μέλοιτο*. IV, 1658: *ἔχετε νῆα —, εἴως κεν ἐμοὶ εἴξειε δαμῆναι*, quae exempla habent Homericæ, e. gr. κ 431 ss¹⁾, haud aliter ac IV, 1508 ss: *ἀλλ' ᾧ κεν — μελόγχιμον ἰδὺν ἐνείη ζωόντων —, οὐδ' ὀπόσον πῆχυνον ἐς Ἄϊδα γίνεται οἶμος* (β 53.). Fendet deinde enuntiatum secundarium e verbo timendi I, 481 *δεῖδω, μήπως οὐ μοι ὑποσταίη τό γε μήτηρ*; e verbo curandi: I, 490 *φράξο δ' ὅπως χεῖρας ἐμὰς σόος ἐξαλείοι*; quo referendum est etiam III, 179 *πειρήσω δ' ἐπέεσσιν — εἰ κ' ἐθέλοι φιλότῃτι δέρος χρύσειον ὀπάσσαι* (A 792.).

Denique in enuntiatis relativis et temporalibus inveniuntur exempla haec²⁾:

I, 458 *οἶά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ τερπνῶς ἐψιώνται, ὅτ' ἄατος ὕβρις ἀπείη*, ubi forma ἀπείη ex Homero sumpta ab Apollonio sine dubio pro optativo habita est.

II, 980 *αἰεὶ δ' ἄλλυδις ἄλλη, ὅπη κύρσειε μάλιστα ἡπείρου χθαμαλῆς, εἰλίσσεται*.

IV, 1235: *ᾧδ' οὐκ ἐτι νόστος ὀπίσσω*

νηυσὶ πέλει, ὅτε τόνγε βιόατο κόλπον ἐκέσθαι, quem optativum haud scio an quae latet sententia effecerit: numquam navis rediit ex illo sinu.

1) Monro, Gram. of the Hom. Dial. p. 277 s.

2) Stahl l. l. p. 527 exempla huius usus, quae ante Apollonii tempora inveniuntur, conguessit, ex quibus optativum locum habere post enuntiatia negativa videre licet.

I, 479 *ἄλλοι μῦθοι ἔασι παρήγοροι, οἷσι περ ἀνὴρ θαρσύνει* ἔταρον. Optativum recte explicavit Wellauerus collato loco simillimo IV, 1719 *ῥέξον δ' ὅσσα περ ἀνδρες ἐρημαίῃ ἐν ῥέξειν | ἀκτῇ ἐφοπλίσσειαν*: omissa est particula ἄν, velut saepius in Homero, saepius in Arato, cuius exempla collegit Maassius (v. v. 76, 96, 248). Attractionem autem modorum quam dicimus, a Graecis semper usitatam, invenimus apud Apollonium quoque III, 788 *τεθναίνην ἀντήμαρ, ὅτ' ἐξανύσειεν ἄεθλον* et III, 1112 *ἔλθοι — ἄγγελος ὕρνις, ὅτ' ἐκλεάθοιο ἐμεῖο*.

Casuum e verbis pendentium usum comparato Homericó si spectamus, hoc est quaerendum num e per multis rebus, quibus Ap. recedit ab Homero, congestis interque se comparatis commune aliquid cognoscatur. Singula enim, quae Linsenbarthius¹⁾ collegit, nihil habere momenti elucet ex ipso illius opusculo, qui collecta neque digerere neque explicare conatus sit. Collegit tamen summa industria ita ut nihil fere omitteret; quae de causa illius exemplis nituntur, quae sequuntur.

Ac primum quidem dativi usum, quatenus ab Homericá elocutione abhorreat, inspicientes nihil, si omitimus participii structuram prorsus pedestrem, quae existat II, 364 *περιγνάμψαντι | πολὺς παρακέκλιται — ἀλγυαλός*, invenimus, quod usitati est sermonis. Nonnulla tamen verba epica ab Homero absolute posita, *γηθεῖν, ἡπύειν, δηριάεσθαι, ὀμαρτεῖν* more synonymorum *χαίρειν, βοᾶν* (Xen. an. I, 8, 12; 19), *πολεμεῖν, ἔπεσθαι* dativum adsciscunt, ut iam apud Hesiodum aliosque poetas. Homericum autem genus dicendi imitans ἀμφί cum dat. pro περί cum gen. ponit IV, 1333 *ἀμφὶ δὲ νόστῳ οὔτι μάλ' ἀντικρὺ νοέω φάτιν*. Idem Homericum colorem

1) De Apollonii Rh. casuum syntaxis comparato usu Homericó. Diss. Lips. 1887.

ut assequeretur, nonnulla verba simplicia cum dativo locali coniunxit ratione a sua ipsius elocutione plane aliena¹⁾: ἔημι (IV, 79) πᾶσσειν (IV, 443) τείνειν (I, 1009; IV, 107), φέρειν (IV, 1391). Talia numquam post Homeri tempora a Graecis dicta poetica esse existimabantur; cf. Call. VI, 131: χῆτις Ἐλειθυΐαι τείνει χέρα; apud Homerum exstant huius modi structurae — Monro p. 139 s. — H 187 κυνέη βάλε et E 82 πεδίῳ πέσε; verbi autem τείνειν usus sequitur usum verborum Homericorum πετάσσαι (A 523 χεῖρε — ἐτάροισι) et ὀρέγειν (μ 257 χεῖρας ἐμολ).

Posteriores autem talem dativum e composito verbo pendentem bene noverant ita ut illam structuram eo quoque modo explicare possent, ut poetam pro composito usum esse simplici verbo acciperent; unde alia quoque verba simplicia usurpantes vetusto sermoni appropinquare sibi videbantur, velut Ap. II, 898 Ἀγκαίῳ δὲ πολεὺς ἤνυσαν ἐταίρων verbum αἰνεῖν significatu assentiendi pro ἐπ-, συν-, καταινεῖν posuit. Omnino enim pro magno compositorum progressu simplicium usus vetustatis speciem prae se fert cum apud alios gentes, tum apud Graecos; atque ut crebrius easdem et in atticismo et in HomERICA imitatione vires cognoscamus oportet, ita Schmidius (Attic. IV p. 714) inter communia atticismi signa profert hoc: „Verba simplicia treten in die Funktionen von composita ein“.

§ 10. Pariter genetivum quoque purum Ap. Homericum superans magis quam sequens crebrius posuit: I, 1183 φνλλάδα λειμώνων φέρον; I, 1196 τήν (ἐλάττην)

1) v. κομίζειν, quod L. affert, non huc pertinet, quia IV, 1704 (πολλὰ δὲ Πυθοῖ ὑπίσχετο, πολλὰ δ' Ἀμύνλαις, πολλὰ δ' ἐς Ὀρτυγίην ἀπερείσια δῶρα κομίσσειν) dativi e verbo ὑπίσχετο pendent.

φοπάλῳ δαπέδοιο τινάξας; I, 1030 δηότητος-οἴκαδε ἰκέσθαι; III, 1254 ἄλτο δ' ἀκωνή|ζαιστήρ ἄκμονος ὥστε παλιντυπές; IV, 598 Φαέθων πέσεν ἄρματος Ἡελίοιο; IV, 728 autem βλεφάρων ἄπο τηλόθι — ἔσαν legendum; cf. IV, 1188, ubi verba θυέων δ' ἄπο τηλόθι κήκιε λιγνύς eadem caesura separata sunt. Exempla haud multa HomERICA invenias apud Monro p. 147 s; qui postquam hunc usum genetivi-ablativi apud Homerum rarum esse, si ceterae linguae indogermanicae compararentur, exposuit, dicit haec: Later poets seem to be more free in this respect (probably because they treated the usage as an archaism, adopted as being poetical); sequuntur testimonia tragicorum.

Aliqua ratione huc pertinet vox ἀνύζομαι c. gen. omissa praepositione posita: II, 635 εἶο μὲν οὐδ' ἡβαιὸν ἀνύζομαι = περὶ ἐμοῦ μὲν οὐδὲν φοβοῦμαι; ut Eur. Tro. 810 ἀνυζόμενος πῶλῶν; fuisse igitur haec structura poeticae ut ita dicam συνηθείας videtur. Ut autem verbum κυνεῖν I, 313 καὶ μιν δεξιτερῆς χειρὸς κύσεν, cum genetivo coniungeretur, fortasse analogia v. ἄπτεσθαι, ψάυειν effectum est.

Contra, cum Ap. magnum numerum usurpet verborum compositorum vel dativum vel genetivum rarius accusativum¹⁾ adsciscentium, quae Linsenbarthius p. p. 10; 26; 46; 54 s. conguessit, dubium est utrum e veteris elocutionis imitandae consilio an suum sermonem secutus praepositiones omiserit. Non solum enim ea verba, quae Homerus cum praepositionibus coniuncta adhibuerat, sed etiam multa vel ab aliis vel ab illo ipso novata tali modo usurpantur in Argonauticis. Quae tamen accuratius hic non tractabuntur, quia exempla ex aliis

1) singularis est structura I, 667 θῶκον ἐφίζανε.

scriptoribus collata, quibuscum Apolloniana comparentur, non habeo. Qua de re Schmidius l. l. p. 97: „Sehr verbreitet ist bei Philostratus die poetische, aber auch der κοινή nicht fremde Sitte, an Verba, meist solche, die mit Praep. zusammengesetzt sind, Nomina ohne Praep. im reinen Kasus anzuhängen; cf. p. 714, 2 γ.

Ut nonnulla verba dativum, ita alia poetica vel epica genetivum, quo carebant primo, sibi coniungunt, ut *λελιγῆσθαι*, *ἐρητύειν*, *ἐπορέγεσθαι*¹⁾; alia usitati sermonis analogiae vi structura quam habuerant amissa cum genetivo construuntur, velut

οὐκ ἀδεργίζειν (Hom.: acc.) I, 123 al: (*ἀμελεῖν*)

ἀρχεῦν (Hom.: dat.) I, 347 (*ἄρχειν*)

μεμαρπώς (Hom.: acc.) crebro (*ψαύω*)

ῥύεσθαι (Hom.: ὑπό c. gen.) II, 218 al. (*λύειν*, *ἀπαλάσσειν*).

Denique hic nonnulla obviam veniunt verba, quorum structura cum usitata congruit: *ἄρασθαι* (H.: acc.), *εἰσακοῦν* (H.: intr. © 97), *κυρεῖν* (H.: dat. ἐπί), *λωφᾶν* II, 649, III, 784 (H.: *καταλωφᾶν* c. gen., ι 459) cum genetivo crebro inveniuntur, haud aliter ac *πυνθάνεσθαι* ὑπέρ c. gen., IV, 531, ubi ὑπέρ pro vulgari περί aut habet exemplum Homericum Z 524 ὑπὲρ σέθεν αἰσχεῖ ἀκούω aut eo pertinet, quo e. gr. usus Polybianus referendus est, quod illa aetate περί et ὑπέρ prorsus inter se permiscuntur; qua de re Kaelkerus egit (Lpzgr. Std. III, p. 220 ss.)

§ 11. Deinde si ad accusativum transgredimur, etiam maior numerus est illorum, quae quamquam ab Homero nude sunt posita, omnis modi obiectum adsciscunt,

1) *ὀπίζεσθαι* L. falsa interpretatione niscus huc refert; II, 181 οὐ δ' ὅσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ χρεῖων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποις = οὐκ ἡσχύνθη οὐδὲ τὸν Διὸς νοῦν τοῖς ἀνθρώποις χρησμοφῶν.

ita ut progressus in unam eandemque partem directi testimonium praebeant.

τεθηπέναι III, 215 (*θανμάζειν*)

παλάσσεσθαι I, 358 (*κληροῦν*)

μύρεσθαι III, 656 (*οἰμώζειν*)

καναχεῖν IV, 907 μέλος

φυσιάειν II, 87 (*φυσᾶν*)

ἀπολήγειν IV, 767 (*ἀποπαύειν*).

ἐπαίσειν I, 1254: *γυμνὸν ἐπαίσσων παλάμη ξίφος*; quo cum usu conferendus est tragicorum¹⁾ Soph. Ai. 40 *ἤξεν χεῖρα*; Eur. Hec. 1071 *πόδ' ἐπάξας*.

κηκίειν IV, 929: *θερμὴν ἔτι κήμιε πόντος ἀντμήν*; intr. autem saepius invenitur; transitive Nonn. D. XII, 359. *ἀνακηκίειν* IV, 599: *βαρὺν ἀνακηκίει ἀτμόν*. Hoc verbum, quod Thesaurus ex Hippocrate quoque affert, demonstrat pariter ac v. *ἐπαίσειν*, quanta fuerit libertas unum idemque verbum modo transitive vel causative modo intransitive usurpandi. Quae cum semper Graecorum linguae erat, tum aetate posteriore permagna, cum fines activi mediiue diffunderentur²⁾. Ita Ap. verba *ζέειν*, *ἀναζέειν* IV, 391: *ὥς φάτ' ἀναζέλουσα βαρὺν χόλον*; III, 273: *τοὶ δὲ λοετρὰ πύρρ' ἔχον*; *προρέειν* III, 225: *ἦδ' ἀρ' ὕδωρ προρέεσκε*, transitive usurpavit et verba ab aliis praecipue ionicis scriptoribus eadem ratione adhibita *ἀνατέλλειν*, *ἀποφθίνειν*, *κλύζειν*, *τεκμαίρεσθαι*, *ῥεῖν*, *πεφνυλαγμένος*, *χρεῖειν*; intransitive autem verba vulgaria *βάλλειν*, *κέλλειν*, *κλίνειν*, *λείπειν*, *τείνειν*, *φλέγειν*. Verba *μετρεῖν*, *πείρειν*, *τέμνειν*, quae huc pertinere videntur, significatu vehendi, navigandi, volandi (II, 1247 *ἀντίκα δ' Ἴρις ἀπ' Οὐλύμποιο θοροῦσα* | *τέμ-*

1) Kuehner-Gerth II, 299.

2) Cf. quae Hatzidakis verba supra attulimus p. 20 adn.

νε τανυσσαμένη κοῦφα πετρά) per ellipsem vocum πέλαγος, ὁδόν, κύματα intellegenda sunt.

Verbum ἀνδᾶν ab Apollonio transitive acceptum esse iam supra commemoratum est; eodem modo verba epica κέκλεσθαι (IV, 236, 1717), κλείειν ἐπικλείειν, ἐνέπειν, ἴσκειν (IV, 1718 Ἀνάφην δέ τε λισσάδα νῆσον ἴσκειν) omni verborum dicendi, appellandi vi instruxit. Quo etiam v. φωνεῖν referendum est: III, 673 ὡς δ' ἴδε δάκρυσιν ὕσσε πεφυρμένα φώνησέν μιν. Quod verbum ante Apollonii tempora hanc vim minime habuerat, quamquam semper accusativus appositivus qui dicitur addi poterat. Neque enim Soph. Ai. 73 Αἶαντα φωνῶ neque Soph. Phil. 229 ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον μόνον — φωνήσαι εἶπερ ὡς φίλοι προσήκετε verbum φωνεῖν illam alloquendi notionem habet¹⁾. At in N. T. invenimus talia Matth. 20, 32: καὶ σὺς δ' Ἰησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς καὶ εἶπεν; cf. Marc. 4, 35; Luc. 16, 2; Joh. 4, 16; Joh. 13, 13: ὑμεῖς φωνεῖτέ με· ὁ διδάσκαλος; et Aesop. fab. (ed. T. p. 43) legimus: φώνησον τὸν παραμονάριον, notione advocandi. Qui verbi usus Apollonio haud insolens fuisse videtur, quia μεταφωνεῖν (I, 702 Ἰφινόην μετεφώνεεν ἄσσον ἐοῦσαν) verbum mere epicum neque aliter ac cum dat. plur. umquam ab Homero usurpatum per abusionem more verbi φωνεῖν adhibuit²⁾. Hic factum est, quod saepe factum esse animadvertimus: a recentioribus epicam vocem vel structuram cum formula quadam loquendi plane vulgari mixtam esse. Sic apud Apollonium II, 449 αὐτίκα δ' οὐ μετὰ δηρὸν ἀμειβομένων ἐφάνθη | Ἥριγενής et III, 956 αὐτὰρ ὃ γ' οὐ μετὰ δηρὸν ἐλδομένη ἐφάνθη, οὐ

1) Sin autem, Sophocles cum dativo construit, ut Phil. 543 ἔρποντι φωνεῖς.

2) Eadem ratione praepositio μετα- neglecta videtur esse II, 54 αὐτὰρ ὃ τόνγ' ἐπέσσειν ὑπερφιάλοισι μετηύδα.

μετὰ δηρὸν pro μετ' οὐ δηρὸν legimus, quod Qu. Sm. imitatus est, e. gr.

I, 392 κούρην οὐ μετὰ δηρὸν ἰπ' Αἰακίδαο χέρεσσι;

II, 100 τοῖσι δ' ἄρ' οὐ μετὰ δηρὸν ἀρήμιος ἦλυθε Μέμνων.

Iam apud Herodotum V, 64, VI, 69 legimus οὐ μετὰ πολλὸν = μετ' ὀλίγον, et οὐ μετὰ πολὺν χρόνον e. gr. Aesop. fab. p. 136 (ed. T.) ὁ λέων οὐ μετὰ π. χρ. μάχην ἔχων πρὸς ταῦρον; quocum conferendi sunt loci Novi Testamenti act. 1, 5 οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας; Luc. 15, 13 οὐ μ. π. ἡμέρας (al: μ. οὐ. π. ἡ.). Sic Ap. epica voce usus οὐ μετὰ δηρὸν eadem particularum metathesi adhibita dicit.

Pariter congruit cum Novo Testamento usus verbi πειράζειν, qualis legitur III, 10 πείραξε δ' Ἀθηναίην πάρος Ἥρη, cum Hom. II 319, Ψ 114 cum genetivo coniuncto hoc verbo usus sit. Ita enim invenimus e. gr. Math. 19, 3 οἱ Φαρισαῖοι πειράζοντες αὐτόν; 2. Cor. 13, 5 ἐαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὶ ἐν τῇ πίστει; (act. 5, 9; 15, 10; Hebr. 11, 37). Quod verbum in linguae κοινῆς usu atticum πειρᾶν loco movisse manifestum est (cf. e. gr. Aesop. fab. p. 18 οἱ δὲ πειράζειν αὐτὸν βουλόμενοι); atque quia tribus Odysseae tantum locis apud Homerum exstat, ionicae fuisse dialecti verisimile est.

Aperte autem illis verbis, quae apud Apollonium casum adsciscunt, adduntur quattuor, ex quibus infinitivus pendet: IV, 1236 βιάτο ἐκείσθαι; IV, 1039 ὕμμι ἦνυσα ναιέμεν; III, 646 λελίητο — νέεσθαι; I, 360 (954) ὑπέδεκτο — σημαίνειν; contra I, 123 λιλαϊόμενος more ab Homero alieno absolute dictum est.

1) Blass Gram.² p. 262, qui confert οὐκ ἐν δέοντι = ἐν οὐ δέοντι „zur Unzeit“ Dem. 18, 133; Krueger, Sprachl. p. 513, qui alia affert et ex Xenophonte οὐκ εἰς μακρὰν, quae formula loquendi in Herodoto quoque exstat, V 108 οὐκ ἐς μακρὴν.

§ 12. Verba deinde, quae Apollonius mutata significatione usurpavit, omnia afferre vel tractare longum est, quia significatum eorum verborum, quae etiam post Homeri tempora in usu erant, idem hic usus persaepe paulatim multas in partes declinavit, sive coartavit sive amplificavit¹⁾; neque est mirum, si hoc saepe fugit imitatore, qui idem verbis quoque mere epicis illam synonymorum notionem tribuit, cuius rei simile quid formis structurisque translatis factum esse iam vidimus. Tamen hic quoque exempla pauca, quae quasi in unam partem vergunt, deligantur. Nonnulla verba in Argonauticis inveniri, quae ab Homero proprie, ab Apollonio μεταφορικῶς usurpata sint, ex ipsa rei natura sequitur:

participium αἰθόμενος apud Homerum nullam nisi radiandi vel ardendi notionem propriam habet; at Ap. I, 1245 dicit θῆρ — λιμῶ δ' αἰθόμενος μετανέσεται.

X 411 Ἰλιος — πυρὶ σμύχουτο (I 653); Ap. autem de Medea dicit III, 446 κῆρ ἄχει σμύχουσα, velut III, 762 ὀδύνῃ σμύχουσα. Quae verborum urendi, ardendi metaphorae cum semper accrescebant, tum illa aetate; quare cum Apollonio IV, 58, ubi Luna sic loquitur: οὐ δ' οἷα καλῶ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι, conferendi sunt loci Callimachi II, 49 ἡμέτερον ὑπ' ἔρωτι κεκανυμένος Ἀδμήτοιο et Hermesianactis fr. V, 37 B: καίετο μὲν Ναννοῦς.

Aliae eiusmodi translationes sunt hae:

IV, 65 ἄλγος αἰεῖρειν;

IV, 1006 ἀντήν νωμᾶν;

I, 645 ψυχὴν ἐπεδέδρομε λήθη;

II, 159 ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα, velut Eur. Bacch. 323 κισσῶ τ' ἐρεψόμεσθα καὶ χορεύσομεν.

1) Quam rem persequi non est huius opusculi; cf. Paul, Principien,³ p. 67 ss.

Verbum λιγαίνω (A 685 κήρυκες λιγαίνουσιν) a voce humana translatus est ad lyrae sonum: I, 740 Ἀμφίον χροσέῃ φόρμιγγι λιγαίνων.

κλᾶν νόον: IV, 1078 κοῦρη- κατὰ μοι νόον ἐκλασεν ἀντιόωσα, ubi ἀντιόωσα precandi supplicandi significatum habet, ut aliis quoque locis. Cum enim apud Homerum verba ἀντιάω ἀντιβολέω ἄντομαι nihil nisi obviam eo, incido significant, postea verbum ἀντιβολέω omnibus usitatum implorandi notionem accepit, ut a Latinis eodem cum sensu adire, a nobis „angehen“ dicitur; ita Apollonius quoque saepe (e. gr. III, 179) illa notione usus est.

Verbi autem ἄντομαι metaphoram primus, quod nos quidem videamus, adhibuerat Empedocles fr. 4, 4 D, cuius vestigia Apollonium secutum esse supra demonstravimus (p. 4); ipse dixit e. gr. IV, 1096 ὡς ἔφατ' ἀντομένη. Eadem deinde ratione tertio quoque verbo, ἀντιάω, precandi significatum Ap. dedit. Quamquam autem usus verborum ἄντομαι et ἀντιάω idem permultis tragicorum locis exstat, tamen quominus illorum auctoritate poetam adstrictum esse credamus, testimonium impedit Empedocleum. Qua re adducti aliis quoque locis ubi Apollonii sermo ad tragicum tantopere accedit, utrique epicum fontem exstasse optimo iure ponimus, sic, ut exemplum afferam, si usum verbi χάζομαι respicimus. Quod cum omnino Hom. et Ap. eodem modo pro eo quod est recedere usurpaverint, sive absolute dictum (E 702; I, 841) sive cum genetivo coniunctum sit (N 153; III, 1320), tamen IV, 190 μηκέτι νῦν χάζεσθε φίλοι πάτρηνδε νέεσθαι sic interpretabimur: nolite iam cunctari, quin domum revertamini; sic autem legimus Eur. Or. 1114 δις θανεῖν οὐ χάζομαι.

At Euripideum sermonem aliqua ratione ad Apollonium vim habuisse ex usu verbi μνηστεύειν cognoscitur.

Quod cum alii alia notione usurpent (plerique, etiam pedestres scriptores, sic ut Hom. σ 277 γυναικα — μνηστεύειν ἐθέλωσι et Call. III, 265), eundem significatum alicui uxorem, connubium quaerendi habet apud Euripidem Jph. A. 847 μνηστεύω γάμους atque Apollonium II, 511 ἀεξηθέντι θεῷ γάμον ἐμνήστευσαν.

Per metaphoram etiam verbo epico et ionico ἀμαλδύνω usus est I, 834 ἴσκειν ἀμαλδύνουσα φόνου τέλος, ubi recte scholiastes pro eo quod est ἀποκρύπτουσα accipit, cum omnino (M 18; Hipp.) corrumpendi significatum habeat. Quibus verbis unum solum μύρεσθαι opponi potest, quod Apollonius proprie, Homerus semper translate usurpavit: IV, 666 αἷματι οἱ θάλαμοι τε καὶ ἔρκεα πάντα δόμοιο μύρεσθαι δόκεον (II, 372); quamquam enim semper flendi vim Hom. huic verbo tribuit, illam fluendi notionem principalem fuisse verisimile videtur; in medio quasi posita est Hesiodica, Scut. 132 (οἱστοὶ) δάκρυσι μῦρον¹). Unde progressus poeta illam verbi significationem invenerit cognosci non potest. Iam enim eo pervenimus, ubi altera usus verborum mutati causa respicienda est, studium doctum dico. Qua de re quamquam vir doctissimus Merkelius summa cum diligentia egit, tamen restant haud pauca, quorum rationem minime intellegamus. Quod enim Ap. II, 56 ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν et III, 99 ἀτεμβοίμην ἐοῖ ἀντῇ (II, 1199) verbo rarissimo ἀτέμβεσθαι vituperandi notionem subiecit, cum apud Homerum activum idem ac violare, ac privari passivum valeat, quid ad hanc discrepantiam intellegendam vel explicandam iuvat schol. Ψ 445 ἀτέμβονται· στέρονται· οἱ δὲ γλωσσογράφοι μέμφονται, aut schol. Ap. Rh. II, 56: τὸ γὰρ ἀτ. οἱ νεώτεροι οὐκ ἐπὶ

1) cf. Leo Meyer, Gr. Et. IV, 412.

τοῦ στερίσκεσθαι, ἀλλὰ ἐπὶ τοῦ μέμψεσθαι ἤκουσαν (similiter ad II, 1200)?

Verbum autem σώεσθαι — II, 1009 Γενηταίου Διὸς ἄκρον γνάμψαντες σώοντο παρὲς Τιβαρηνίδα γαίαν et III, 307 ἥ τις ἄτη | σωομένοις μεσσηγρὺς ἐνέκλασεν — ut significatum vehendi navigandi properandi indueret, effectum videtur confusis formis Homericis σώοντες ι 430, σώεσκον Θ 363 et verbo dorico σῶμαι, quod in Epilyci comoedia invenit Athenaeus IV, 140 a (= fr. I, 803 Kock), cuius verbi formae atticae σοῦ, σοῦσθε usitatae erant.

Crebro autem factum esse manifestum est, ut poeta § 13. doctus veriloquio magis quam sententiarum conexu innisus obsoleta vocabula reciperet. Neque tamen negligendum est ῥήματα et linguae partem esse minime mutabilem et omnino, quae sit verbi alicuius vis, accurata interpretatione facilius cognosci posse quam epitheti vel substantivi inusitati notionem. Utriusque rei exempla afferentur.

Homericam vocem ἔξαιτος (β 307 ἐρέτας ἔξαιτους; M 320 οἶνος ἔξαιτος; ε 102, τ 366 ἐκατόμβας) Apoll. pro eo quod est postulatus accepit: IV, 1004 Μήδειαν δ' ἔξαιτον ἐοῦ ἐς πατρός ἄγεσθαι, quia sine dubio cum verbo ἔξαιτεῖν coniungebat, quod e. gr. Hdt. I, 74 οὐκ ἐδίδον ἔξαιτέοντι exstat.

IV, 231 εἰ μή οἱ κούρην ἀντάργετον — — ἄξουσιν, — — δαήσονται κεφαλῇσιν | πάντα χόλον, ubi ἀντάργετον de ἀργεῖν „capere“, derivatum est, quam vim illius verbi esse e compositis, velut ζωργέω, βαλανάργα, ei quoque noverant quibus verbum ipsum inusitatum erat. Aliud autem significat Homero, π 148 εἰ γὰρ πως εἴη ἀντάργετα πάντα βροτοῖσιν, πρῶτόν κεν — ἐλοίμεθα, ubi sic vertimus: „si fieri possit, ut ipsi homines omnia sibi

fata eligant, praeferamus". Pariter haec vox posita est h. Merc. 474 σοὶ δ' ἀντάργετον ἐστὶ δαήμεναι et apud Apollonium ipsum II, 326. Apud Homerum hoc vocabulum inter vestigia aeolicae dialecti referendum est, cum Aeolici pro verbo αἰρέω semper ἀργέω, eaque de causa pro αἰρέομαι ἄργημαι usurpaverint; e. gr. (Coll.-Becht. 214) Solms. Inscr. Gr. p. 11, 33 οἱ ἀργέθεντες ἄνδρες φέροντον ἐπὶ τὸν δᾶμον.

δημόθεν: I, 7 ἀνέρος, ὅντιν' ἴδοιτο | δημόθεν οἰοπέδιλον et τ 197 δημόθεν ἄλφιτα δῶκα si conferes, hic quoque similem permutationem invenies.

IV, 153 κῶμα μέλαν κωφόν τε καὶ ἄβρομον. Non dubitari potest, quin pro ἄβρομον, οὐκ ἔχον βρόμον hoc loco accipienda sit haec vox, unde sequitur, ut Apollonium N 41 ἄμοτον μεμαῶτες ἔποντο ἄβρομοι ἀνίαχοι eandem in partem sumpsisse credamus¹⁾.

IV, 1395 οὐ δ' ἐμάτησαν πλαζόμενοι „neque frustra vagati sunt". Sed cum Ψ 510 οὐδὲ μάτησεν ἴφθιμος Σθένελος, ἀλλ' ἐσσυμένως λάβ' ἔεθλον significet μάτησεν idem ac cunctatus est, Apollonium auctoritate vocis usitatae μάτην adductum illam verbo notionem subiecisse intellegitur.

III, 1171 ἐπεὶ κνέφας ἔργαθε νυκτός „cum nox eos retineret (quominus statim mitterent)"; Hom. autem voce ἔργαθεν aliter usus est: A 437 ἀπὸ πλευρῶν χροὰ ἔργαθεν; E 147 ἀπὸ δ' ἀνχένος ὄμον ἔεργαθεν; nam utroque loco dicitur de telo membra separante et scindente. Manifestum igitur esse videtur voce εἶργειν illum huic aoristo significatum datum esse.

1) Qu. Sm. XIII, 67 ss: ἐς Ἴλιον ἐσσεύοντο
ἄβρομοι, ἥντε μῆλα ποτὶ σταθμὸν ἀίσσοντα
ἐκ νομοῦ ὀλέηντος ὀπωρινὴν ὑπὸ νύκτα·
ὥς οἱ γ' ἀνίαχοι Τρώων ποτὶ ἄστν νέοντο.

Miram per errorem factum est, ut Ap. verbo δειδίσκομαι vim verbi δείκνυμι tribueret: I, 558 παράκοιτις ἐπωλένιον φορέουσα Πηλείδην Ἀχιλλῆα φίλῳ δειδίσκετο πατρί.

Veriloquium denique secutus Ap. verbum συναράσσω, quod ab Homeri temporibus concidendi et confringendi vim habuerat, recepit II, 613 Ἀργὸς γόμφοισιν συνάρασσε (νῆα) et III, 1318; cf. ε 248 γόμφοισιν δ' ἄρα τῇν γε καὶ ἀρμονίῃσιν ἄρασεν.

Ceterum multa similia invenias, si commentaria, quae de Apollonii Rhodii elocutione scripsit Haackius (Halis 1842) perlegas.

Atque omnes in partes similem quaestionem egregie tractavit Schmidius, Attic. p. 720 s, qui exempla eius rei affert, quam dicit: „Etymologisch-synonymische Umdeutung von Wörtern, welche vermöge ihrer Bildung verschiedenen Sinn zulassen, aber im klassischen Griechisch auf bestimmte Bedeutungen gewertet worden sind“.

CAPUT II.

QUIBUS AB HOMERICO USU ALIENIS APOLLONIUS VERBIS USUS SIT.

Verba ab Homericō sermone aliena tractanti sin- § 14.
gula ubique hoc spectandum et discernendum est, sitne vox aliqua ex usitati sermonis copia an ex poetica elocutione sumpta, atque sin hoc sin illud, posimusne compluribus rebus congestis cognoscere et facilius quos Apollonius poetas sectatus sit, et in univ-
ersum, in cuius dialecti fundamento Apolloniana elocutio posita sit. Ac primum quidem multa in Apollonii

carmine cum legantur verba, quae iam in Hesiodi poematis hymnisque qui dicuntur, Homericis exstant, tamen poetam his verbis usurpatis illorum auctoritatem secutum esse minime probari potest; sunt autem verba ab illis poetis primis posita, deinde apud multos scriptores exstantia haec:

αἰωρέω: Hes. Sc. 225, 234; Ap. I, 639; IV, 1687.

ἄρδω h. Hom. IX, 3; IV, 270.

ἄρυνω Hes. Sc. 301; III, 1015.

δαιμαίνω h. Merc. 407; IV, 796.

δίξιμαι Hes. op. 603; I, 1303; IV, 508.

κλήζω h. Hom. XXXI, 18; III, 993; passivum pro eo quod est appellari IV, 246, 990, 1153, 1202.

πρηύνω Hes. th. 254; op. 799; I, 265; III, 891.

σκάπτω h. Merc. 90; I, 370.

σπείρω Hes. crebro; III, 1055; medium pro act. III, 1028.

φαιδρύνω Hes. op. 733; III, 300, 833, 1043.

χαλάω h. Apoll. 6; I, 744 al.

χαράσσω Hes. op. 573; IV, 1521.

Poeticae tantum elocutionis sunt verba haec:

θυμαίνω Hes. Sc. 262; Soph. fr. 141, 4; Ar. nub. 610; Ap. Rh. III, 1326.

λογεύω h. Merc. 230; med. Tragg; I, 762 ὃν ἐλογεύσατο Γαῖα; qua cum versus clausula conferas Call. IV, 326 ἦν ἐλογεύσαο, Αἰτώ, ubi tamen λογεύεσθαι eam vim habet, quam Euripides activo tribuerat, „obstetricis munere fungi“.

φιτύω. medium Hes. th. 986, velut Ap. IV, 807 (cf. Mosch. Eύρ. 160; Opp. Cyn. I, 4); act. Platon, Tragg. Quod verbum cum Ap. Hesiodi usum imitans usurpasse videatur, manifesta imitatio est verbi δολόω: Hes. th. 494 Γαίης ἐννεσίησι πολυφραδέεσσι δολωθεῖς; IV, 456 αὐτὰρ ὅγ' αἰνοτάτησιν ὑποσχεσίησι δολωθεῖς; II, 948 ὑποσχεσίησι δολωθεῖς.

Haud aliter res se habet in verbis θέσασθαι et ὀμβρεῖν; hoc exstat III, 1399 Διὸς ἄσπετα ὀμβρήσαντος et Hes. op. 415 μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος | Ζηνός; illud posuit Ap. I, 824 θεσσάμενοι παίδων γένος, imitatus, id quod schol. animadvertit huius loci, Hesiodi versum, fr. 210 Rz: θεσσάμενος γενεὴν Κλεοδαίου κυδαλίμοιο; quod verbum rarissimum usurpaverunt Archil. (schol. Ap. I, 824) et Pind. Nem. V, 18.

ἀμαρύνσω. Hes. th. 827 ἐκ δέ οἱ ὕσσων — πῦρ ἀμαρύνσεν sensu intransitivo ἀμ. positum est (trans. h. Merc. 278), qua vi Ap. usus est medio IV, 178 χθὼν ἀμαρύνσεται (IV, 1146). Quod verbum epicum usurpaverunt Oppianus quoque Cyn. II, 596 et Nonnus.

δεξιόμαι. h. Hom. VI, 16 οἱ δ' ἡσπάζοντο ἰδόντες χερσὶ τε δεξιόωντο¹⁾.

III, 258 ὡς δὲ καὶ αὐτοὶ | μητέρα δεξιόωντο καὶ ἀμφαγάπαζον ἰδόντες et II, 754 αὐτὸν δ' ὥστε θεὸν Πολυδενύκεια δεξιόωντο.

εὐμενέω. h. Hom. XXIV (Hestia), 4 εὐμενέουσα; Pind. Pyth. IV (Argon.), 225; Ap. frequentat.

Herodotus V, 60 epigramma, quod Thebis legit, affert: Σκαῖος πυγμαχέων με ἐκηβόλω Ἀπόλλωνι νικήσας ἀνέθηκε. Hoc autem verbum πυγμαχέω Ap. II, 783 (πυγμαχέοντα) adhibuit; sed casu crediderim accidisse, ut nos non plura huius verbi exempla legeremus, cum iam Homerus vocibus πύγμαχος (Θ 246) et πυγμαχίη (Ψ 653, 665) usus sit.

Verbum φέρβω autem, quod invenitur h. Hom. XXX, 4 et apud Apollonium persaepe (e. gr. I, 1211),

¹⁾ ita enim legit cd. E; atque servandam esse hanc scripturam probare videntur Apolloniana huius verbi exempla; δεξιόοντο, quam praebent ceteri cdd. formam, vel ex eo est suspecta, quia cum verbo solutae orationis δεξιόομαι congruit.

ceterum ab omnibus fere poetis usurpatum est, ionicae dialecti fuisse videtur, quod in soluta oratione ex Hippocratis tantum scriptis (e. gr. epid. 6, 5, 5) et Aretaei (p. 175 K.) exempla afferuntur; nam Plat. Crit. 115 A codices A F *ἔτρεφεν* praebent.

At verbum *μαστεύειν*, (Hes. fr. 79, 3 Rz; Pind.; Eur.; crebro apud Xenophontem et Apollonium), quod adhuc ionicae dialecti proprium videbatur¹⁾, doricam vocem fuisse Fraenkelius²⁾ titulis doricis allatis contendit. Neque tamen vocem *ἰάδι* abiudicandam esse censeo in Aretaei testimonio innisus, quem omnibus viribus hoc studuisse constat, ut quam maxime ionicum scriptis suis colorem daret (cf. Wilamowitz, Kultur der Gegenwart I, 8, p. 145). Qui p. 176 K. dicit haec: *ἀτὰρ καὶ ποίην ἐς νομὴν τῇδε μαστεύει*.

§ 15. Magnus deinde sequitur numerus eorum verborum, quae cum ante Apollonii aetatem in epicorum carminibus non inveniantur, tamen ab aliis et poetis et soluti sermonis scriptoribus usurpata erant. Quae simpliciter afferre satis habeo, quibus nihil aliud comprobetur nisi hoc, quantopere Apollonius, quae ad copiam verborum spectent, sui temporis usu et auctoritate ductus sit. Sunt autem haec:

ἀμηχανέω Ap. frequentat.

ἀναρτάω III, 789.

ἀφειδέω I, 338 al.

βράσσω II, 323.

ἡρεμέω I, 514, 1771 praesertim apud Platonem, Hippocr.

θεσπίζω I, 491, 1085.

διγγάνω. Ap. aoristo tantum usus est, I, 824, IV, 931, 1013.

1) Sauppe, Lexil. Xenophonteus.

2) Gr. Denominativa, p. 222.

ἰχνεύω I, 279.

κρούω III, 1260, 1309; *ἀνακρούω* I, 1247; IV, 1650.

νοτίζω I, 1005.

ξενόομαι (II, 764 *ἐπεξαινοῦντο*) I, 849: *καὶ δ' αὐτοὺς ξινοῦσθαι ἐπὶ σφέα δώματ' ἄγρεσκον*; Ap. secutus est usum Aeschyleum Suppl. 927 *οὐ γὰρ ξινοῦμαι τοὺς θεῶν συλήτορας*.

ὀργιάζω II, 907.

παρηγορέω Ap. frequentat.

πρίω IV, 1671.

σθένω crebro.

σπαίρω IV, 874.

στράπτω I, 544, III, 1216; vi transitiva III, 1018.

σφριγάω III, 1258 forma epica *σφριγώσσαι*.

τέργω I, 555 al.

τερχύνω IV, 768 (Arat. 276).

τύφω I, 134 al.

φαντάζομαι IV, 1285.

φοινίσσω III, 724.

ψήγω IV, 164 (Xen; Hipp.).

ώρύομαι IV, 1339 (Call. fr. 423; Theocr. *Θύρσις* 71).

Quae verba cum fere omnia et apud tragicos et § 16. apud Herodotum vel Hippocratem vel Xenophontem deprehendantur, unde illa ionicae quoque dialecti fuisse elucet, tum usus est Apollonius verbis nonnullis, quae nullius dialecti propria sunt nisi ionicae.

ἀφάσσω. II, 710 *οἶόθι δ' αὐτῇ*

Λητῷ Κοιογένεια φίλαις ἐν χερσὶν ἀφάσσει;

item IV, 428, 1522 fine versus positum est. Verbum *ἀφάσσω* pro Homericō *ἀφάω* (Z 322 *ἀφάωντα*; *ἀμφαφάσθαι* X 373 et al.) usurpaverunt Herodotus III, 69 et Hippocrates 8, 120 L; imitati sunt Musaeus 82, 126 et Nonnus e. gr. D. V, 421.

βλαστέω. III, 921 ἀθανάτων ἥρωες ἀφ' αἵματος ἐβλάστησαν.

Hanc formam intransitive adhibitam derivatam esse de βλαστέω comprobatur forma ἐβλάστειον IV, 1425. Quo verbo usi sunt Empedocles fr. 21, 10 D δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἄνδρες ἡδὲ γυναῖκες et fr. 146, 3 ἐνθεν ἀναβλάστωσι θεοὶ; Soph. fr. 503, 2; deinde Theophrastus variis locis, Bion fr. XIV, 17 Wil. πάντ' εἶαρος ἄδεα βλαστει. At I, 1131, IV, 676, 1517 transitiva vi Apoll. hoc verbum (ἐβλάστησε, semper exeunte versu) usurpavit, unde cognosci potest ubi locum suum vox habeat. Eadem enim transitiva vi exstat βλαστέω Hippocr. p. 383, 20 F, ἐκβλαστέω p. 380, 51 F, quod imitatus est imitator fidelissimus Aretaeus p. 266 K: ἀτὰρ ἐξεβλάστησε τὴν φνὴν.

Ex vulgari igitur Iade Ap. hanc vocem recepit, quam apud LXX quoque invenimus: Gen. 1, 11: βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου; Num. 17, 8 ἡ ῥάβδος — ἐβλάστησεν κάρνα. Apollonium iterum sequitur Nonnus D. XXXVI, 356.

verbum ἐλινύω cum frequentant Herodotus et Hippocrates, tum recentiores scriptores (unum inveni exemplum atticum Ar. Thesm. 598); I, 589 ἐλινύεσκον (ο — — ο); I, 826 ἐλινύον; conteras de hac prosodia permutatione Rzachium l. 1.

βλύω (IV, 1446; III, 223 βλύεσκε) ionicae dialecti esse verisimile est, cum exempla inveniantur apud Hippocratem 6, 374 L ἀνα-, Lycophronem 301. Ap. περιβλύειν IV, 788, ἐπιβλύειν IV, 1238 formavit. Homerus autem eadem vi βλύζειν usurpaverat, ἀποβλύζων I, 491.

μυδάω. IV, 1523 μυδόωσα. Quod verbum ante Apollonium usurpaverant Sophocles (e. gr. Ant. 1008) et Hippocrates, postea hunc imitatus Nic. th. 308, 423, qui et μυδός, al. 248, adhibuit. Hic quoque ionicam vocis originem affirmans Aretaei testimonium adest: μυδῆσις

legitur Aret. p. 310 K. Haud aliter res se habet in voce

πλαδάω; II, 662 πλαδόωσαν ἐπισχίζοντες ἄρουραν. Ab Hippocrate usitatum, ab Aristotele h. a. 3, 6 positum Ap. in suum usum hoc verbum transformavit; quia via illum secutus est Nicander, e. gr. th. 708 οὐρὸν — πλαδόωντ'; postea autem Philo adhibuit. πλάδος, de quo vocabulo derivatum est, invenitur apud Hippocratem et Aretaeum p. 42 K; πλαδαρός idem habet Hippocrates et Apollonius III, 1398, πλάδη Emped. fr. 75 D, ita ut omnes eiusdem stirpis voces etiam eiusdem Ἰάδος fuisse cognoscatur.

πλημύρω. IV, 706 (συνός) ἥς ἔτι μαζοὶ πλήμυρον λοχίης ἐκ νηδύος. Cuius verbi exempla exstant in Panyassis fragmentis, fr. 12, 18 K τῷ σε χορὴ παρὰ δαιτὶ δεδεγμένον εὐφροῖν θυμῷ πίνειν μηδὲ βορῆς κεκορημένον ἥντε γῦπα ἦσθαι πλημύροντα; apud Archilochum fr. 97 B; Hippocratem p. 306, 55; 307, 28 F. Pariter ionicam originem comprobatur usus vocabuli πλημυρίς, quod praeter Homerum (in Odyssea; ι 486) adhibuerunt Hdt. 8, 129, Hipp., Bacch. fr. 35 Bl., Aesch. Choeph. 186, Eur. Alc. 182, Arist., recentiores. Verbum illum post Apollonium cum multi usurpaverunt tum Orph. Arg. auctor et Plut. mor. p. 320 C λύκαινα πλημύρουσα τοὺς μαστοὺς γάλακτι, quem locum cum Apolloniano conteras velim.

τετρυνμένος. I, 1174 τετρυνμένα γυῖα ἐκαμψεν. Exstat hoc participium Sim. fr. 146, 3, Hdt. I, 22; II, 129, Plat. legg. 6, 761 D; 7, 807 B.

Verbum φατίζω, an inter ionica referendum sit, dubium est. I, 24 τὸν ῥά ποτ' αὐτὴ Καλλιόπη Θρηῖνι φατίζεται ἐννηθεῖσα — τεκέσθαι, ubi φατίζεται pro eo quod est dicitur, tenet fama positum congruit cum veteri usu, qualis invenitur apud Parmenidem fr. 8,

35; 60 D., Herodotum V, 58 (ubi Henricus Stein poeticam esse vocem contendit), Soph. Ai. 715; O. C. 139. At alius est usus Alexandrinorum eosque imitantium: Call. I, 39: *Κανκάνων πολλέθρον, ὃ Λέπρειον πεφάτισται*; Ap. IV, 658 *ἐν δὲ λιμὴν Ἀργῶος ἐπωνυμίην¹⁾ πεφάτισται*; I, 1019 *Ἰερὴ δὲ φαίνεται ἡδ' ἐτι πέτρῃ*; cf. Nic. fr. 74, 30 et Opp. Hal. I, 638. Videtur igitur hoc verbum in vetere Iade exstitisse²⁾, deinde a poetis receptum esse notione in eandem partem amplificata, in quam *αὐδᾶν*, *ἴσκειν* mutavit Apollonius.

Cum verbo *εἰκάθω*, quod usurpaverunt Plato (e. gr. Apol. 32) et Sophocles passim, apud Apollonium I, 505, II, 790, III, 841 exstante comparandae sunt aliae eiusdem modi syllaba *-αθ-* amplificatee formae, quae propriae epici sermonis sunt: *μετεκίαθον*, *ἐργαθεν* ab Homero Apollonioque adhibitae. Ceterum tales similesque formas praecipue a tragicis novatas esse docuit Buttmannus, Gr. Spr. II, p. 61 ss.

- § 17. Verbum *ἀγνίζω*, cum omnino notionem expiandi habeat, tamen ab Ap. notione rariore immolandi, quam e. gr. Soph. Ant. 196, Eur. Suppl. 1211 legimus, adhibitum est: II, 926 *ἡγνισαν ἔντομα μύλων*.

Verbi *ἰλλω* usus Apollonianus a ceterorum magno-pere discrepat neque unde veniat dici potest. I, 129 *δεσμοῖς ἰλλόμενον* et II, 1249 *ἰλλόμενος χαλκήρεσιν ἀλκ-τοπέδῃσιν Προμηθεύς* passivum vim vincendi, colligandi habere luculentum est, quibus cum locis bene congruit II, 27, ubi de leone vulnerato dicitur: *ὃ δ' ἰλλόμενός*

1) hic vocis *ἐπωνυμίην* usus et ipse est Herodoteus: Hdt. I, 14; V, 92.

2) *καταφατίζειν* inveniri Arist. *Ἀθ. πολ.* VII, 1 (~ Plut. Sol. 25) adnotavit Wilamowitzius: *κατεφάτιζον ἀναθήσειν ἀνδριάντα χρυσοῦν*.

περὶ ὀμίλῳ | τῶν μὲν ἔτ' οὐκ ἀλέγει „quamquam caterva circumdatus, cinctus est, tamen illos negligens petit unum, qui eum vulneravit“. I, 329 autem subiecta est notio complicandi convolvendi, *αὐτοῦ δ' ἰλλομένοις ἐπὶ λαίφεσιν—ἐδριόωντο*, quae propius accedit ad ceterorum usum quamvis rarum: Plat. Tim. 40 B *γῆν—ἰλλομένην περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον*; eandem hanc volvendī notionem habet Soph. Ant. 339 *ἰλλομένων ἀρό-τρων ἔτος εἰς ἔτος* et singularis activa forma Nic. th. 478 *σκολίην ἀτραπὸν ἰλλων*. Ut autem illam Apollonianam vim vincendi haec vox acciperet, haud scio an vox Homerica *ἰλλάς* (N 572 *βοῦν—ἰλλάσιν οὐκ ἐθέ-λοντα βίῃ δῆσαντες ἄρουσιν*) effecerit; *ἰλλάζειν* affert Hesychius.

Vocabulum *πιλέω*,

IV, 678 *χθών... οὐπω διψαλέω μάλ' ὑπ' ἡέρι πιληθεῖσα*, ex philosophorum thesauro sumpsisse videtur poeta, qui hoc loco Empedoclis philosophiam expresserit. Apud illum cum vox *πιλεῖν* non legatur, tamen Plato in Timaeo et *πίλησις* 58 B, 76 C et *συμπιλεῖν* 45 B, 76 C, 61 B usurpavit, item Aristoteles meteor. 2, 8; quae vox postea a Plutarcho aliisque illius aetatis crebrius adhibita est. Quod legitur A. P. VI, 282 (*Θεοδώρου*)

Σοὶ τὸν πιληθέντα δι' εὐξάντου τριχὸς ἀμνοῦ

Ἐρμᾶ, Καλλιτέλης ἐκρέμασεν πέτασον,

cum voce *πίλος* hic *πιληθέντα* coniungendum est velut Call. fr. 125 *ποιμενικὸν πίλημα*.

Quae nunc enumerabimus verba, omnia poetarum § 18. elocutionis propria sunt, poeticae, ut iam diximus, *συνηθείας*.

ἀμέργω Sappho; Eur. Her. f. 397. — I, 882; med.

IV, 1144, ut [Theocr.] *Ἀγναί* 3.

καχλάζω Aesch. Sept. 115 (chor.); Pind. Ol. 4, 2; Eur.; Theocr. II, 570; IV, 944.

κινύρομαι Aesch. Sept. 123; Ap. recentioresque saepe. λήπτω Aesch. Sept. 355, 380; Lyc. 131; IV, 813; Nic. th. 126.

μελίζω Aesch.; al; I, 578.

ὀχμάζω Aesch. Prom. 5; Ap. significatu Euripideo Cycl. 484 δαλοῦ κώπην ὀχμάσας; I, 743 Ἄρεος ὀχμάζονσα θεὸν σάκος.

παραιθύσσω Pind. Pyth. I, 169. III, 251; αἰθύσσω omnino apud poetas.

φηλόω Aesch. Ag. 492; Eur. Suppl. 243; Men.; Lyc. III, 983.

Ut autem in verbo ὀχμάζω, ita etiam magis congruit Apollonius cum Euripide in verbo ψυχορραγέω, quod ante Apollonium praeter illum (e. gr. Alc. 20, Her. f. 324; Iph. T. 1466) nemo usurpavit, postea Plutarchus alique. II, 833 τὸν δ' ἔταροι ἐπὶ νῆα φέρον ψυχορραγέοντα.

Cui ordini forma quoque ἐόλητο III, 471 tribuenda est, quam imitatus est Mosch. Evp. 74, quacum conferenda est μεμόρηται (supra p. 24). Egit de hac forma et de ἐόλει, Pind. Pyth. IV (Argon.) 414, 233, Buttmannus, Lexil. II, p. 70.

Singularem denique locum habet vox κνδάζω, quam et Aesch. fr. 94 οὔτοι γυναιξὶ δεῖ κνδάζεσθαι et Soph. Ai. 722 notione passiva κνδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ usurpaverunt. Proprium enim fuisse dialecti Syracusanorum contendit schol. ad Ap. Rh. I, 1337: ἐκνδάσσω· ἐλοιδόρησας. κνδος γὰρ ἀρσενικῶς ἢ λοιδορία παρὰ Συρακονσίοις (Kaibel, gl. 26). Et legimus apud Epicharmum fr. 35, 6 K τήνῳ κνδάζομαι et fr. 6 (= schol. ad Soph. Ai. 722) μὴ κνδάξέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελ-

φρόν. Quae verba loquitur Castor in fabula Amyci Argonautica, unde Apollonium vocem novisse verisimilimum est. Eadem enim ratione cum accusativo medium Ap. quoque construxit I, 1327 μάλα δὴ με κακῶ ἐκνδάσσω μύθῳ.

Cuius vocis de origine etsi nihil certi proferri potest, tamen exempla Epicharmea doricam fuisse — cui sententiae vel Sophoclis usus obstat — minime comprobant, quia Epicharmi dialectus ionismis haud carebat¹⁾.

Quae adhuc tractavimus verba omnia iam ante § 19. Apollonii tempora in Graecorum scriptis inveniuntur neque omnino aliena sunt a communi poeseos elocutione aut a poetae ipsius dialecto, quam Ἰόδα fuisse vidimus, id quod ex eo quoque quod Alexandriae illum natum esse tradunt, concludamus oportet. Cum nunc illa verba, quae in aequalium carminibus leguntur, perscrutari aggrediamur, monendum est, quod iam initio de ratione inter Alexandrinorum poetarum carmina intercedente diximus: nos in universum nescire, uter utrius vestigia pressisset. Tamen nonnulla sunt certa. Cum vocem γατομεῖν nemo usurpaverit nisi Ap. II, 1005 χθόνα γατομέοντες et Lycophro 268, 1396, dubitari non potest, quin Ap. ex Lycophrone sumpserit hoc ab epico sermone prorsus abhorrens verbum. Quamquam enim Homerus tales cum γη- compositas voces non praebet, tamen aut γειο-τομεῖν aut γεωτομεῖν formas epico generi dicendi convenientes esse manifestum est, velut Ap. ipse I, 687 γειοτόμον — ἄροτρον, I, 1214 βοὸς — γεωμόρον, Maximus π. καταρχ. 499 γεωτομία posuerunt. Forma γατομεῖν autem,

1) cuius rei exemplum dedit Guil. Schulze: usum vocis ᾧν, Herodoteo more in tmesi adhibitae; fr. 124 K. ἐπ' ᾧν ἐπίοις; cf. fr. 35, 6.

